





XVI, 43-48





XVI, 44

Oratio  
Martini Cromeri  
in funere Sigismundi  
Regis.

1540.





D.  
4474

ORATIO  
MARTINI CROME  
RI IN FVNERE OPTI  
mi & maximi principis, Sigismun  
di eius nominis primi Polonorum,  
Litvanorum, Rusforum, Pruf  
forum, & Masouiorum  
Regis. &c.  
Craco, M.D. XL. viij. Ad vij. Cal. Aug.



Apud Viduam Hiero. Vieto.  
*Monasterii Landin*  
*Ordinis Cisterciensis*



# SERENIS

S I M O P R I N C I P I

et Domino, dño Sigismundo Augusto  
Dei gratia Regi Polonię, magno duci  
Litvanię, Ruffię, Pruffię, Masouię, Sa  
mogitię. &c. Domino & heredi,  
domino suo clementiffimo.

MARTINVS

Cromerus.

I N P V B L I C O E T

Lacerbiffimo omnium noſtrum luctu,  
quem tecum pariter, Sigismunde Augu  
ſte rex Inclyte, morte ſanctiffimi regis  
noſtri Sigismundi, patris tui, nuper hau  
ſimus, nulla eſt, mea quidem ſententia,  
maior & efficacior doloris leuatio, quã  
honestiffime & laudabiliter in primis ab  
eo actę, & religioſe exactę atq; poſite  
vitę, beneq; & feliciter, ſapienter & cum  
approbatione omnium bonorum admini  
ſtrati regni huius, recordatio. Qua in par  
te cum ego pro meo de multis bene me  
rendi ſtudio opis aliquid non tibi, neq;  
maiori



maioribus natu, qui multos annos in res  
pub. hac nostra, & in aula eius regis ver-  
sati, exactius omnia norunt, & memoria  
tenent, sed minoribus & imperitis afferre  
tuperem, scripsi ei funebrem orationem  
siue laudationem: qua vitam eius penè  
omnem, resq; gestas illustriores, nude &  
succincte, quoad fieri potuit, exponendo,  
non verbis amplificando, quod perlongū  
et non mearum sanè virium opus fu-  
turum erat, complexus sum: vt esset cō-  
mentarij vice interim, dum siue à nobis  
ipsis in instituta historia gētis nostræ, si-  
ue, quod malim à doctiori atq; disertiori  
quopiam diligentius omnia pertractatur.  
Nec sanè desunt in hoc tuo regno, quod  
multo florentius & belli & pacis artibus  
pater tuus reddidit, quàm acceperat, qui,  
si tua benignitas accesserit, & libenter id  
opus suscepturi sint, & cū dignitate per-  
secuturi. Equidem si nihil aliud hoc la-  
bore meo assequar, certè doctiorum ces-  
santium adhuc studia excitabo, & perse-  
qui hæc accuratè & ornate volētibus ma-  
teriam subministrabo. Tibi verò inpris-  
mis inclyte Rex orationem hanc dicare

A ñ volui,



volui, cui meipsum non ita pridem addi-  
xi, & ad quem hereditas paterne glorie  
maxime pertinet: vt si quidem placebit,  
nonnulla, si non cum voluptate, certe cu  
leuatione desiderij paterni, domestica des-  
cora recognoscas, & nostri siue ocij, si-  
ue negocij fructu, & quasi primitias quas-  
dam delibes: Sin displicebit, quod ma-  
gis credo, melioribus des id negocium, vt  
ne cu eorum, qui nunc viuunt, mortaliu  
memoria, sapientissimi & optimi patris  
tui laudes intermorianur. Quaquam vi-  
uent ee, nisi me vanum fallit augurium,  
quo sempiterno, easq; posteri nostri lon-  
ge etiam quam nos gratiore & iucundi-  
ore memoria prosequentur. Quod reli-  
quum est: Deum precor, vt fausta tibi  
nobiscq; omnibus regni tui initia esse ve-  
lit, & letioribus in dies successibus id cu-  
mulet, ac diutissime incolume fortu-

natumq; prestet. Cracouie  
nono Cal. Aug.

1548.



# ORATIO

MARTINI CROMERII

meri in funere optimi & maximi principis, Sigismundi eius nominis primi Polonorum, Litvanorum, Rufforum, Prufforum, & Masouiorum Regis. &c.

**I**NTEMPERANTius fortasse Sigismunde Auguste Rex inclyte, & vos patres amplissimi, ac cæteri viri vndequaq; ornatissimi, abuti facilitate & patientia vestra videor, qui locum hunc augustum, apud vos hoc tempore dicturus, conscenderim, nihil neq; conspectum cõsessumq; istum vestrum amplissimum grauissimumq; reueritus, neq; rei, de qua dicendum est, magnitudine deterritus. Neq; ego ita sum hebes, vt non intelligã, quid  
A iij et quana



& quantū sit, quod nunc à vobis ex-  
pectetur: Neq; ita mihi ipse placeo,  
vt non perspiciam, quid à me præ-  
stari possit. Quod si Alexander ille  
magnus rex Macedonum, qui res  
maximas mira celeritate & rara fe-  
licitate gessit, neq; pingi se, nisi ab  
Apelle, neq; fingi, nisi à Lysippo, præ-  
stâtissimis suę ætatis artificibus, pas-  
sus est: quanto acumine, quàm varia  
doctrina, quàm solido iudicio, qua  
memoria, quàm vberè deniq; & illu-  
stri eloquentia esse oportet eum, qui  
de optimi, fortissimi, sapientissimi,  
clementissimi, & pientissimi regis  
**SIGISMUNDI**, cuius nūc  
exequias Polonia, Litvania, Rulsia,  
Prulsia, Samagitia, et Masouia om̄is  
mœsta & pullata celebrat, laudibus et  
vita omni verè & pro meritis eius  
dicere velit: Et effigiem quidem cu-  
iusquam



iusquam apte seu pingere, seu fingere  
non maximi est ingenij, neq; laboris,  
ac ne operæ precij quidē. Patent om-  
nium obtutibus corporis lineamēta,  
neq; magnopere cuiusquā refert, quo  
colore, qua figura oris, quo corpo-  
ris totius habitu, quauē statura qsq;  
fuerit, qui inter homines esse desijt:  
Animorū habitudines vitamq; om-  
nem nō cuiusuis est neq; exacte per-  
spicere, neq; dicendo apte & ad vi-  
uum exprimere. Magnorum autē vir-  
rorum, & excellenti virtute prædito-  
rum laudes celebrare, apprime vtile  
est vitę hominum et necessarium: vt  
et illis, quoad fieri potest, pro meri-  
tis suis gratia referatur, & cæteri ha-  
beant, vnde virtutis & laudis exem-  
pla petant, et quo ad benemerendum  
de suis incitentur. Tante sunt autem  
huius optimi regis virtutes, vt sume



mis pariter ac imis abunde exēploꝝ  
rum ad vitam recte & honeste insti-  
tuendam suppeditent: tanta in nos et  
in patriam hanc nostram cōmunem  
merita & beneficia, vt ea sempiterna  
immortalitatis laude cōsecrari à no-  
bis oporteat. Neq; tamē is ego sum,  
qui id me rectissime et cū excellenti-  
bus sanctissimi illius regis virtutibꝰ,  
tum perpurgatis vestris auribus di-  
gne facere posse cōfidam. Absit hæc  
à me arrogantia. Non adeo effrons  
demensq; sum. Intelligo nullā in me  
esse doctrinam, nullum dicēdi vsum  
et exercitationem, nullū excellens in-  
genium, nullam deniq; memoriam.  
Quænam vero tanta est cuiusquam  
eloquentia? in quo tantum flumen  
lectissimorum verborum? in quo tã-  
ta vis, & vt ita dicam fulmen senten-  
tiarum? in quo deniq; tanta memo-  
ria &



ria & pronunciandi dignitas, yt clarissimis optimi regis virtutibus atq; meritis par esse possit? Sed si lautis ac delicatis epulis deficiamus, an ne cibarium quidem panem hospitibus apponemus? Et, si auro, gemis, preciosaq; veste caremus, ne malo quidē cotoneo vel scypho aque ex præterlabenti amne haustę gratitudinem animorum nostrorū sanctissimę huius regis animę ostendemus? Vetus est prouerbium, Eos qui thura non habeant, mola salsa litare. Certe vel cum periculo priuatę temeritatis & impudentię, non est prodenda causa publica, neq; cõmittendum est, vt dū singuli pudori nostro consulimus, cuncti, hoc extremo laudationis officio in funere talis ac tam bene meriti regis prætermisso, ingratitude, ne dicam impietatis reprehensionē apud

A v omnes



omnes gentes, quę humanitatem con-  
lunt, merito incurramus. Audēdum  
est igitur, & eò quidem maiore fidu-  
cia, quòd ijs de rebus dicendum est,  
quę vobis plariscę omnibus æque ac  
mihi notę, nonnullis etiam notiores  
sunt: nempè quas vidistis ipsi ferè, et  
meministis, & quarum, vt ait poëta  
quidam, pars magna fuistis. Ita enim  
futurum est, vt me rudi & inculto,  
sed plano tamē sermone capita mo-  
do rerum attingente, cætera vos ipsi  
diligentius mecum recognoscatis, &  
grata iucundaq; vt par est, memoria  
recolatis. Ac de tribus bonorum ge-  
neribus, quę sola sunt laudabilia, pri-  
mum externa, deinde corporis, pos-  
tremo animi eius bona succinçte  
persequar. Quod dum facio, vos mi-  
hi quaeso, viri præstantissimi, benignos  
vos & attentos præbeatis.

Genus

**G**ENV S paternum Sigismū  
di à Cazimiro est, Wladislai  
Iagellonis filio. Nemo est aut sic hos  
pes in Polonia, ac in toto fermè se  
ptentrione, cui non sit auditum de  
Iagellonū familia, quę iam supra cen  
tū & quinquaginta annos apud nos  
regnat, à vetustis Litvanorum duci  
bus ducens originem. Cuius prin  
ceps Iagello, cui Wladislao nomen,  
bono veroque omine, quasi qui glo  
ria potens esset, maiores nostri indi  
derunt, huius auus, tuus autem Sigis  
munde Auguste proauus, cum Li  
tvanię & magne partis Russię do  
minatu potiretur, expetitus à Polo  
nis, & ad regnum vnā cum coniugio  
religiosissime virginis Hedwigis de  
mortui Lodouici regis Vngarorū  
et Polonorum filię, repudiatis qui  
busdam alijs procis, accitus, religioni  
Christiane



Christianę sese, et cunctam simul Li-  
tvaniam addixit ꝛ ditiõesqꝫ suas om-  
nes Polonię fœdere sempiterno ad-  
iunxit: in cicuranda, & à prodigiosis  
dæmonum superstitionibus ad veri  
dei cultum conuertenda gente sua a-  
gresti & barbara, permultum labor-  
ris, operę, sumptusqꝫ impendit, nec  
indecorum sibi duxit præpotens rex,  
doctoris & apostoli munere fungi  
apud rudem & vilem plæbeculam,  
cum nostri sacerdotes eius linguę pe-  
nitus essent imperiti. In Boemis  
quoqꝫ ad sanitatem priscamqꝫ reli-  
gionem à multiplici errore, quo se  
authore Ioanne Hussio implicarant,  
reuocandis, non parum operę sum-  
psit ꝛ cumqꝫ pertinaciores eos esse a-  
nimaduertisset, regnum ab eis dela-  
tum repudiauit. Silesios quosdam &  
Rusos duces domuit ꝛ Cruciferos  
Germanos

Germanos non modo Litvanię in-  
hiantes, verum etiam Poloniam ip-  
sam, parentem et nutricem suam cru-  
deliter & impie laniantes, clarissimis  
aliquot victorijs repressit: Victis  
fractisque pacem æquis conditiõibus  
dedit. Erat enim singulari lenitate  
et mansuetudine: Ad remittendas of-  
fensas perfacilis, & supra modũ cre-  
dulus: quippe qui fallere neminem  
ipse consuevisset. Quo magis obno-  
xius & opportunus fuit dolis & in-  
iurijs cum Sigismundi Cæsaris, tum  
Vitavdi & Suitrigali proximorum  
suorum: de quibus erat bene meri-  
tus. Per quos factum est, vt in ad-  
ministrando regno plusculum habe-  
ret negocij. Huic decrepita valde æta-  
te, cum duo de quinquaginta annos  
regnasset, vita defuncto, de duobus  
filijs impuberibus, quos è quarta v-

xore



xore Sophia Rufsa Kiouieſium du-  
cis filia ſuſceperat, maior natu Wla-  
diſlaus in regno ſucceſſit, is, qui Vn-  
garorū quoq; regno ſuſcepto, & pro-  
fligatis ſumma cum gloria aliquot  
Turcarum exercitibus, cū prius ad  
Macedonię, deinde ad Thracię fines,  
hoſti pacem petenti formidabilis, cū  
animioſiore quàm validiore exercitu  
penetraſſet, apud Varnā inter con-  
fertiffimos hoſtes incautiſſimè dimicās,  
certam propemodum victoriam cū  
vita pariter amiſit, cum vndecim fer-  
mè apud nos, apud Vngaros vero  
non totos quinque annos regnaſſet,  
Poſt hunc Cazimirus natu minor  
frater, tuus Sigifmūde Auguſte auus,  
regnum hoc ſuſcepit: cui peruaſtata  
à Tartaris (tameſi profligatis ſemel  
atq; iterum) Podolia & Ruſſia, & a-  
miſſus per defectionem ad Moſchos  
dominatus

dominatus Seueriensis, ac domesticus  
motus, seu verius offensę voluntates  
multorū, propterea q̄ Litvanis plus  
sculum indulgeret, malisq̄ consulto-  
ribus vteretur, non parum de pater-  
na felicitate detraxere. Prussiam ta-  
men & Pomeraniam per deditiōem  
recepit. Cruciferis fœderū non tena-  
cibus post tredecim annorum bellū  
supplicibus, & iureiurando in verba  
sua & posterorū suorum regū Polo-  
nię adactis, relicta parte Prussię pa-  
cem dedit. Valachorum palatinum  
bellicosissimum Stephanum, in clien-  
telam accepit, & in consilio suo locū  
ei dedit, ac magno ei ad profligandos  
Turcas adiumento fuit. Cum Vngar-  
is & Boemis vario Marte bella ges-  
sit. Filios sex, & septem filias ex Elis-  
zabetha Alberti Cæsaris filia Ladi-  
slai Vngarorum & Boemorum re-  
gis



gis sorore, fœmina honestissima &  
religiosissima suscepit. Ex his viuens  
Wladislaum natu maximũ Boemis,  
Cazimirum, ac deinde Ioannem Al-  
bertum Vngaris reges dedit. Sed v-  
troq; hoc dissensione partium deser-  
to, Vngariã quoq; Wladislaus obti-  
nuit. De quo nati, Ludouicus quidẽ  
filius, bimulus viuente patre corona-  
tus, cum ei exacta ætate mortuo, in  
vtroq; regno successisset, iuuenis ad-  
modum, Turcico bello ante vnũ &  
viginti annos apud Mohatium mi-  
serabiliter perijt: Anna vero filia cũ  
Ferdinando Cæsare, qui post Ludo-  
uicum apud Vngaros et Boemos re-  
gnat, nupta, tribus filijs præclare in-  
dolis, & nouem filiabus superstitionibus  
relictis, anno abhinc altero parturiẽs  
diem clausit extremũ. De supra me-  
moratis vero duobus filijs Cazimiri  
regis.

regis, Cazimirus quidem, iuuenis castissimus atq; religiosissimus, in Lituania immaturam mortē obiit, non sine celebri sanctimonie fama, quam complura miracula ad sepulchrum eius ædita cōfirmarunt: Ioannes Albertus post patrem octo et amplius, deinde hunc secutus Alexāder quinque annos regnarūt: Ille quidem maximi animi, sed ante susceptum regnum, q̄ regnās felicior: Hic à Moschis apud Vedrusios victus, eosdē apud Oposcam, Tartaros vero Tauricos apud Clecicum paucis ante mortē diebus insignibus prælijs p̄fligauit: Vterq; extincti propere, credo vt digniori cederent: Post hos Sigismundus hic noster natus est. Hunc secutus Fredericus, sacris initiatus, Archiepiscopus Gnesneñ, simulq; Episcopus Craouieñ, & S. Romane ecclie presbiter

B byter



byter Cardinalis fuit. Porro filiarū  
Cazimiri due immature mortue:  
Heduigis Georgio duci Bauarorum:  
Sophia Friderico Marchioni Bran-  
denburgenſi: Anna Boguſſao Pomeraniae  
norū: Barbara Georgio Saxonū: Eli-  
zabetha vero, patre mortuo, Frideri-  
co Legnicensium et Bregensium du-  
cibus matrimonio iuncte fuere, &  
omnem penē Germaniam affinitati-  
bus & propinquitatibus illustrium  
virorum & mulierum quas enume-  
rare perlongum eſſet, nobis deuinxer-  
e. Sed ad institutum noſtrū reuer-  
tamur. Hoc igitur Sigismūdi genus  
compluribus, quemadmodum vides  
tis, præclaris principibus ac regibus  
ſecundum fuit. Atq; is ab ineunte  
primum pueritia vnā cum alijs fra-  
tribus ab honeſtiſſima & religioſiſ-  
ſima matre ſancte ac tēperanter edu-  
catus,

catus, & à preceptoribus, viris erudit  
tis, bonis, grauibus, & pijs, ad virtutē  
in primis & pietatem, cultum'q; diuini  
num institutus, in literis quoq; non  
contemnendos progressus fecit, ita  
vt latine scribentes & loquentes sine  
interprete intelligeret, nec incommo  
de ipse ea lingua vteretur. Germani  
cam vero, cuius propter finitimos  
atq; etiam incolas Germanos, non  
exiguus est vsus apud nos, exactius  
didicit. Porro in diuinis scripturis  
ita fuit exercitatus, vt multa inde se  
nior meminisset, ac sæpe eas in ore  
haberet, non ad scurrilem iocum aut  
ad curiosam disceptationem, vt nunc  
improbis, ne dicā impius, mos ino  
leuit, sed serio & ad moderādas acti  
ones vitamq; omnem. Eoq; timorē  
dei, iusticiam, & virtutem maxime  
semper præ oculis habuit. Permultū

B ij enim



enim refert, quibus rebus quis ab in-  
unte etate asuefactus fuerit. Nec scio,  
an ad vitam sic vel sic degendam lon-  
ge plus faciat, quo modo quis à pue-  
ro eductus & institutus, quàm quo-  
modo natus sit. Solent enim plerūq;  
etiam bonę & generosę indoles, pra-  
ua, atq; adeo negligētiorē quoq; edu-  
catione deprauari: viciōsam verò  
naturam sæpe bona educatio cor-  
rigit. Sic igitur educatus Sigismun-  
dus, adolescens singulari indole, mo-  
destia, comitate, grauitate, & indu-  
stria, quę res maxime etatem illam  
cōmendant, magnam sibi non modo  
nostrorum hominum, sed etiam ex-  
ternorū, Vngarorum inquam, Boe-  
morum, Silesiorū, & Germanorum,  
cū quibus vixit, beneuolentiā adiun-  
xit. Nam cum regnante Ioanne Al-  
berto fratre post patrem, iuuenis in  
Vngariā

Vngariam ad Wladislaum alterum fratrem se contulisset, ibi ea dignatione fuit, vt Vngari & Boemi magis eum propemodum, quàm regem suum reuererentur: per eum, quæ cuperent, publice & priuatim à rege peterent: eius authoritati & iudicio libèter starent. Vsq; adeò maiorem vim habet ad tenendos in officio etiam feroces homines, æquitatis, grauitatis, constantiæ, & sapientiæ opinio, quàm regium sceptrum, quàm etiam carcer, bonorum confiscatio, proscripcio, virgæ deniq; & secures. Itaq; magno omnium fauore, Glogouiensem & Opauiensem dominatum, & summam vtriusq; Silesiæ præfecturâ à Wladislao fratre obtinuit: Adeoq; charus ac venerandus fuit Silesijs, vt hodie etiam eius imperium grata & iucunda memoria prosequantur. Quid



illud, nonne ingens est bonę existimati-  
onis & benevolentię hominum  
erga eum documentum? quod cum  
regnaret iam in Polonia, à Suetijs  
post eiectum Christiernum regem,  
& item ab Vngaris atq; Boemis,  
post miserabilem Ludouici fratris  
filij interitum, vt illa quoq; regna  
susciperet, expetitus est? Neq; deter-  
rebat Suetios tanta terre marisq;  
intercapedo, quanta à nobis disjunc-  
guntur, ac ne Vngaros quidem &  
Boemos pacta conuenta cum maxis-  
miliani Cæsaris liberis, aut Caroli &  
Ferdinãdi maximorum principum  
potentia, si Sigismundus delatum si-  
bi regnum suscipere voluisset. Apud  
suos vero quàm graciosus fuerit, vel  
illud permagno argumento est, qd  
Ioanne Alberto rege mortuo, præ-  
latus fuisset procul dubio in regno,  
maiori

maiori natu fratri Alexandro cuncto-  
rum suffragijs, nisi plus publica  
quies atq; tranquillitas, & vetusta cū  
Litvanis, quos iam Alexander ditio-  
ne tenebat, fœdera valuissent. Iam ve-  
ro quantum ei honorē summi quicq;  
principes habuerint, redite quæso me-  
cum paulisper in memoriam. Pri-  
mum enim Maximilianus Cæsar nō  
minoris animi, quàm prudētis prin-  
ceps, dudum hostis acerrimus, post  
celebrem illum congressum Viennē-  
sem, eo ipsum honore profecutus, ea  
charitate complexus est, vt in loco  
fratris deinceps eum haberet: eius  
gratia fœdus cū Basilio magno Mos-  
chorum duce ictum respueret, ac nō  
modo non defenderet contra Sigis-  
mundum Cruciferos in Prussia, quos  
defendendos susceperat, verum etiam  
auxilia ei contra illos, si quid noui



molirentur, suo nepotumq̄ suorum  
nomine promitteret. Qua de re ex  
tat apud nos diploma eius. Huius  
vero nepos Carolus, qui nunc late &  
feliciter imperat, nonne hunc Sigis  
mundo honorem habuit, vt indyge  
huic regine Bone, vxori eius coniun  
ctissime, Barensem principatum, que  
post obitum matris eius in potestas  
tem suam redegerat, redderet? ipsum  
societate sua & aureo vellere vltro  
dignaretur, sæpe honorificētissimam  
eius mentionem faceret? neq̄ vnq̄  
Cruciferis & alijs Germanis bellum  
contra eum flagitantibus indulgeret?  
Adest hic vir clarissimus Stanislaus  
Lascius palatinus Siradiensis, haud  
ita pridem apud illum potentissimū  
Imperatorem legatione functus: Ad  
sunt item viri præstantes, Petrus Oz  
palenius Castellanus Gnesen. Stanis  
laus

Clauſus Borgius Decanus Cracouiẽ.  
Nicolaus Myſcouius Regiẽ menſe  
ſtructur: Vellem adeſſet etiam vir eſ  
ruditiſſimus Ioãnes Dantiſcus Epiſ  
ſcopus Varmiẽſis: qui omnes idem  
munus apud eundem Imperatorem  
cum laude ſuperioribus temporibus  
obierunt. Ex his cuiq; licet diſcere,  
quantopere ille princeps maximus et  
grauiſſimus Sigismũdum regem obſ  
ſeruarit. Quid frater eius, Ferdinand  
us Cæſar et rex potẽtiſſimus: nonne  
plurimum eum et amauit, et coluit:  
nonne eius arbitrio controuerſiam  
ſuam cum Ioãne rege de regno Vn  
garorum permiſit? Non dico, qui  
bus verbis & rebus præterea sæpe  
numero idem rex quanti Sigismun  
dum faceret, declarauit. Poſſem autẽ  
non vano rumore accepta referre, ſed  
quẽ cũ de grauibus viris accepi, tum

Bv ipſe



ipse explorata habeo, cum nuper ad  
illum à te rex Sigismunde Auguste  
cum Nicolao Radivilo viro illustri  
& acuto, Litvanię summo Marfalcone  
missus essem. Ne illud quidem com-  
memoro, quanto animi dolore idem  
nuper Sigismundi nostri mortē pro-  
secutus, quātoq; studio pariter et ap-  
paratu exequias ei in maxima prin-  
cipum Germanię celebritate fecisse  
dicitur. Vt autē & Gallorum regem  
Franciscum, qui annō superiore de-  
cessit, Iulium secundum, Leonem deci-  
mum, Clementem septimum, & hūc,  
qui nunc præsidet, sapientissimum  
Paulum tertium, pōtiffices maximos  
præteream, quorum illustria habitū  
huic regi honoris documenta cōme-  
morare possem; vt magnorum item  
& grauium quorundam Germanię  
principū perhonorifica de ipso elo-  
gia,

gia, quę ipse his auribus audiui nup̄  
per, ommittā. Barbari nonne eum  
præ cæteris regibus et monarchis re-  
ueriti sunt? Quo enim rege cultior  
et populosior fuit Ruffia & Podo-  
lia? hoc est, quo rege quietiores fue-  
re Tartari, prædis & rapto alioquē  
vivere soliti? Quid ego dicā de Tur-  
cis, qui felicitate sua elati, omnes ho-  
mines atq; gentes præ se contemnūt?  
annon Solimannus bellicosissimus et  
felicissimus eorum imperator, cum  
eo perpetuum fœdus percussit, & re-  
ligiose coluit? negare id alijs postulā-  
tibus, aut ad tempus modo concede-  
re, nec admodum superstitione seruas-  
re solitus. An non Valachis ac Tar-  
taris vectigalibus suis ne Sigismun-  
di regis ditiones infestarent, edixit?  
An non idem huic etiā eius filio Si-  
gismundo Augusto per Petrum O-  
palenium,



palenium, et Ioannem Ocessium Castellanum Bieensem, viros ornatos pacem & amicitiam in gratiam patris promisit? An non eiusdem intuitu, filiam eius Isabellam reginam viduam, nepotemq; haectenus incolumes esse barbarus tyrannus passus est? qui ne ad Valachiam quidem aspirasset, nisi eum intempestive, ne quid aliud dicam, dissensiones nostrae animassent. Quid Selimus Solimani huius pater, ferox & in patrem etiam suum impius, an non Sigismundi amicitiam splendida legatione olim expetiuit? Nimirum admirabantur in eo cuncti virtutem, gravitatem & constantiam singularem: reuerentur etiam nonnihil eius felicitatem. Quis enim tot annorum spacio, in tanta orbis terrarum perturbatione felicius eo regnavit? quis  
regnum,

regnum, superiorum regum infelicitate diuexatum ac deformatum, aut pacatius administrauit & retinuit, aut florentius & opulentiùs reliquit? quis tot ac tam difficilia bella tam secunda fortuna, tantaq; celeritate confecit? Commemorantur à veteribus scriptoribus Cyrus Persarum, Alexander Macedonum, Mythridates Ponti, Carolus magnus Germanorum, maximi et fortunatissimi reges: Celebrantur Alcibiades, Conon, Themistocles, atq; Timotheus Atheniensium, Agesilaus, Pausanias, Lysander Lacedæmoniorum, Pelopidas, & Epaminondas Thebanorum, Annibal et Asdrubal Carthaginensium, Romanorum vero, vt multos omittam, Fabij, Scipiones, L. Lucullus, Gn. Pompeius, et C. Cæsar clarissimi duces & imperatores. Ne nostrorum  
quidem



quidem Boleſſaorum & Wladiflao-  
rum obſcura eſt gloria. Verum illi  
omnes partim cum imbellibus po-  
pulis rem habuerunt, partim bello fe-  
lices, cæteris rebus infortunati fue-  
runt, partim cladibus victorias pro-  
pemodum adæquarunt: partim etiã  
aliquoſq; à fortuna euecti, in medio  
curſu deſtituti, & ad extremum ſæ-  
uis eiſdem procelis obruti ſunt. At  
Sigifmundum noſtrum ab initio ad  
finem uſq; ſecũdo flatu fortuna pro-  
ſecuta eſt. Cum quibus uero bella is-  
geſſit? Nempe cũ potentiffimis Mo-  
ſchis, ferociffimis Tartaris, acerrimis  
Valachis, fortiffimis Germanis, cum  
Turcis deniq; , vel ipſa uictoriarum  
perpetuitate formidabilibus. Quarũ  
gẽtium validos exercitus vel inſigni-  
bus prælijs uicit & profligauit, atq;  
adeo deleuit etiam, vel caſtris exiit,  
vel

vel deniq; regiones earū impunè va-  
stauit. Quosdam etiam domuit. Atq;  
vt à Tartaris perpetuis nostris ho-  
stibus incipiam. Horum quidem nō  
contemnendos tres exercitus apud  
Sluscum tribus prælijs duce Cōstan-  
tino Ostrogio, principe omniū secu-  
lorū memoria dignissimo ad inter-  
necionem penè cecidit. Deinde apud  
Visnoveciam viginti quatuor millia,  
cū se per Russiam populabunda dif-  
fudissent, sexies fusa leuibus & parti-  
cularibus prælijs, ad extremum tota  
acie inabeuntes facto impetu Nico-  
lao Camenecio palatino Cracouiensi,  
et eodem Constantino ducibus pro-  
figauit, cum nostri sex millium equi-  
tum numerū non excederent, de qui-  
bus vix centum eo prælio desyderati  
sunt. Hostium vero multo minor  
pars pernici fuga euasit. In Vala-  
chia



chia quoq; ante multos annos à Bogdano palatino huius regis auspicijs et armis ijdem hostes graui prælio victi sunt. Ne ille quidem ignobiles victorię sunt, quę apud Voronouiam Ioãne Camenecio, apud Buscum Stanislao Lanscoronio, apud Zinzcouiam arcem Iacobo Sencignouio atq; iterũ palatino Kiouienti, in Volinia Constantino & Ostapheo ter, apud Ossacouiam hostilẽ arcem eodem Ostapheo et Prædislao Lanscoronio ducibus, & quę in Podolia Trebini, quæq; apud Cameneciam et Verestatincium pagum, & compluribus alijs in locis Nicolai Senaui viri fortis & magnanimi, qui nunc palatinus Belsensis est, ductu, et fratrum eius, Alexandri & Procopij, ac Bernardi Prætificij Silesij opera parte sunt. Nam leuiora cum his  
apud

apud Trebowliam, Podhaiciã, Medibozum, & multis alijs in locis prospere item gesta certamina, sciens volensq; prætereo, ne sim longior. Tot enim ferè sunt, quot excursiones ea gens rapacissima & famelica, & vel è flamma, quod dicitur, cibum petere solita, in ditiones eius ipso regnante fecit. Perraro enim impune id abstulit. Quid illa apud Canisouiam in Litvania ante vnum et viginti annos, ~~non~~ omnibus sæculis est memorabilis victoria, qua viginti sex millia Tartarorum eodem illo Constantino duce parua manu profligata sunt? Cum Turcis nullum hic rex aperte bellum gessit, sed tamè aduersus eos, cum vel Tartaris intermixti è Podolia prædas agerent, vel Valachis opem ferrent, vel deniq; nostros circum Bialogrodum, quod &

C

Mon



Moncastrum vocant, populabūdos  
insequerentur, cū ab alijs, tum à Pre-  
dissao Lancoronio regis huius au-  
spicijs prospere dimicatum est. Bis  
contra eosdem in Vngariam Lodo-  
uico regi missa auxilia, quo quidem  
vtroq; tempore, vtinam prius quidē  
viro illustri & incomparabili Ioan-  
ni Tarnouio, earum copiarum du-  
ctori, posterius vero

Gnoinio obtemperatū esset. Vterq;  
Turcica arma viresq; periclitatus es-  
rat in Podolia, cū illi inde, irritati à  
nostris, aliquoties prædas egissēt. Sed  
magis comes Tarnouius, cuius præ-  
clara virtus enituit, quo tēpore Tur-  
cæ ad tredecim millia, Podoliam &  
Russiam ad Leopolim vsq; & fines  
Vngarię ferro igniq; vastantes, tria  
millia, plus minus, de suis, particula-  
ribus aliquot prælijs fusi, amisere.

Quod

Quod si idem robur animi fuisset in  
eo, penes quē tunc erat militare im-  
perium, potuerat exercitus ille cun-  
ctus deleri. Taceo duodecim millia  
Turcarū in Austria, ante quindecim  
nisi fallor annos, nostratium trium  
millium opera & virtute inprimis  
penē ad internecionem deleta. Nam  
ij tunc quamuis Sigismūdo regnan-  
te, tamē non publice, neq; Sigismūdi  
auspicijs, sed Caroli Cæsaris & Ger-  
manorum stipendijs militarunt. Iam  
Valachos dolis atq; artibus vsitatis  
fretos, & clade nostrorū Ioanne Al-  
berto regnāte apud Bucouinam syl-  
uam accepta, Turcarumq; ac Tartar-  
orum auxilijs tumentes, quanta non  
modo felicitate, verum etiam celeri-  
tate vicit, ac domuit, cæsisq; eorum  
copijs, vastatis longe lateq; agris, se-  
nate penē omni capto, Bogdanum  
Cij regulū



regulum gentis, quem Vaivodam & palatinum vocant, restituentem prædam, quam paulo ante in Ruffia ceperat, in verba sua iurare coëgit: & amiffam maiorum fuorū culpa Pocuciam, ab eo recepit. Nostra vero memoria, cum Petrus palatinus rebellasset, Pocuciamq; rursus inuafisset, primum sex millia hostium apud Gvosdeciam arcem, ac mox viginti duo millia apud Obertinum pagum vix à quatuor millibus nostrorum, duce hoc Ioanne comite Tarnouio viro clarissimo & primario bellatore, insigni & inopinata clade profligata sunt, erepta cum bombardis cætera impedimenta, palatinus ipse saucius vix fuga euasit. Nec tamen ad officium redijt, donec postea in arce Chocimensi obsessus, & ad extrema redactus, solenne vnà cum  
proced

proceribus & cuncta nobilitate sua regi iusiurandum dedit. Porro cum Germanis Prussiam sibi vendicantibus, quo tempore tu Sigismūde Auguste natus es, bellatū quidem varie, sed nunquam, nisi prospere à nostris dimicatum est. Nempè apud Prusmarcum, Zeburgam, Gutestadiam, Brunsbergam, Rellam, & Rastenburgam, à Iacobo Sencignouio, apud Pissiam à Stanislao Masouiorum duce, in sinu Varmiensi nauali prælio à Gedanēsis, bis apud Bartensteinam, sæpius à Prædislao Lanscoronio & Ioanne Zarembo palatino Calissiensis multis in locis, apud Heilisbergam ab Alexandro Ilouio, Gedani & Elbinge, cum eas vrbes adorti essent, à ciuibus fusi & profligati: Ad extremum tot cladibus, &

C iij tum



tum vexatione fracti et ad paucos redacti, Prussia excessere. Quid ego de Moschis loquar? qui vel præcipuam glorię et victoriarum materiam huic regi præbuere? Apud Poloscū, olim quidem septem millia hostium à Ioanne Boratinio viro acri et animoso interfecta, Deinde vero tredecimo abhinc anno, cum ij Litvaniam non amplius decem & octo milliarijs à Vilna metropoli, hiberna excursionē depopulati, reuerterētur, mille extremi agminis, quos solos Litvana nobilitas cum aulico regis comitatu tumultuarie accurrēs, assequi potuit, trucidati. Superiori etiam quodam tempore in interiore Litvania prædabundi, magnum suorum numerū, et prædam, quā abigebant, Litvanis insequētibus, amisere. Iam apud Starodubū, Radogostiam, et apud Smolenscum

lenscum aliquoties ante tredecim annos ductu Georgij Radiuili Castellani Vilmensis non sine magnis cladibus profligati. Apud Orsam vero cum primū Sigismundus regnare cepisset, ne expectare quidem nostros, dum Boristhenē tranarēt, sustinuerunt, experti vim eorum in vna & altera turma, quę primo impetu incredibili audacia traiecerant. Verum dilapsi, cū vastari sua vltra Vesmam etiam atq; Drohobusum cernerent, denuo coadunati ad centum millia, ne adoriri quidem ter mille nostros mercenarios milites, cum paucis Litvanis longius à castris regijs ad Smolenscū positos progressos, ausi sunt. Magnis vero incōmodis affecti, Mosiro, Turouio & alijs quibusdā munitioibus, quas dudū Michael Glinscius ad eos perfugiens interceperat,



commutatisq; captiuis quinquagin-  
ta nobilioribus ac senatorij ordinis,  
quos de Litvanis Alexādro rege vi-  
cto apud Vedrusios ceperant, pacem  
acceperunt. Nec maiore n̄ fuere fiducia  
longe post, cū Radogostiam ac deins  
de Ioanne Tarnouio nostros ducens  
te, Homiam & Starodobum arces à  
nostris partim vi captas, partim in  
deditionem acceptas, amiserunt. Et Sta-  
rodobū quidem, cum amplius quin-  
decim millibus armatorum, qui fue-  
runt in eius arcis præsidio: qui soli  
nostrorum numerum longe supera-  
bant, virtute perpaucorum militum  
nostrorū, & sulfurati pulueris ignisq;  
adiumento expugnatum & euersum.  
Neq; vero n̄ tanto temporis hoc est  
plus quàm viginti annorū interual-  
lo, quantum inter Orsensē pugna,  
de qua iam dicam, & hoc extremum

Staro

Starodubense bellum intercessit, ab  
iectos semel spiritus recipere potuer  
re. Orfensem vero illam celeberrimā  
et cum omnibus ferè omnium gen  
tium atq; seculorum victorijs compa  
randam, victoriam, quid hic pluribus  
cōmemorare attinet? Eadem opera  
Soli lumen adderem. Quis enim est,  
qui nesciat illo prælio, Constantino  
Ostrogio principe & Ioanne Svir  
souio ducibus, octoginta millia Mos  
chorū bellatorum, qui omnem no  
strum exercitum non modo protere  
re posse videbantur, verū etiam Bo  
risthenem tranare passi, pecudum in  
modum flagris abigere in Moscouiā  
destinarant, ingenti strage interfecta  
esse, ita vt desyderatorum numerus  
ad quadraginta ferè millia peruenis  
se, vel certe duo & triginta millia  
superasse dicatur: ductores eius exer



citus, viros illustres, omnemq; senatū  
gentis et supra quatuor millia capti-  
uos viuos in potestatem venisse di-  
repta castra opulentissima : ducem  
ipsum Basiliū bellatorem exercitatū,  
et contra Tartaros & alias gentes fi-  
nitimas victoriosum, vsq; ad regiam  
suam Mosqvam profugisse, atq; ibi  
amplius centū & viginti milliaribus  
bene longis à loco conflictus tamen  
vix tuto se subsistere posse credidisse.  
Tantus vero tunc pavor Moschorū  
animos occupat, vt Smolenscum  
Seuerum, Nouogrodum, & complu-  
res alias munitiones, quę ferè fraude  
et perfidia Rufforū, partim hoc ipso  
rege regnante, partim superioribus  
temporibus in potestatem hostium  
venerant, desertas tunc ac vacuas de-  
fensoribus, nullo negotio recuperare  
nostri potuerint, si prosequi statim  
victoriam

victoriã per tēpus anni quiuissent.  
Atq; hæc quidem sunt bellica huius  
regis decora præcipua. (Nam leuior  
ra multa prætereo, ne anxie et minur  
tatim cuncta exquirere & persequi  
videar.) Quæ quidē hoc sunt admis  
rabiliora, quo magis inopinata: vt  
pote in summa ærarij inopia, & ple  
raq; omnia longe imparibus viribus  
gesta, ita vt bene cum nostris agi vi  
deretur, quoties non plus duplo ho  
stium multitudo excederet. Has tot  
ac tantas victorias tanta imparitate  
copiarum quæsitas, nihil mirum est,  
vt est rerum humanarū conditio va  
ria & instabilis, si quæ clades interpo  
larūt. Sed quotnā, et quātulę sunt eg?  
Vna apud Socalū à Tartaris, temeri  
tate Russicę nobilitatis accepta, vbi  
q̄tuor fortasse millia nostrorū à q̄  
draginta millib? Tartarorū loci op  
portunitate



portunitate vsorum, defatigata verius  
us q̄ superata, non incruentam hosti-  
bus victoriam cōcessere. Nostri mil-  
le ducēti desyderati, barbarorum ve-  
ro cæsa quatuor millia. Itaq; raptim  
ñ cum præda, q̄uis victores retroces-  
sere. Altera apud Serethum amnem,  
cū perpauci nostri in hostico palan-  
tes à Valachis circumfusis oppressi  
sunt. Vbi tamen non plures ducentis  
nostris perire. Nam cum peruastata  
longe lateq; circum Psicouiam siue  
Plescouiam Moscouia, ab oppugna-  
tione Oposcæ à valido hostium præ-  
sidio reiecti sumus, ignominia illa ve-  
rius, quā clades fuit, ductorum insci-  
tia & incuria (nolo dicere ignauia)  
accepta. Amissa vero magna pars Al-  
bæ Russiæ Michaelis Glinščij homi-  
nis ambitiosi, et Alexandri regis gra-  
tia inflati, proditioni, et Russorū atq;  
præsi-

praesidiariorū militum perfidię, imo  
putanda est, Porro apud Ozacouią,  
cum vir in primis strenuus Nicolaus  
Senavius eoulsq; cū mille, opinor,  
equitibus privato consilio popula-  
bundus excurrisset, priuata illa, non  
publica clades fuit, credulitate eius, &  
perfidia Tartarorum contracta. He  
sunt vniuersę clades, quas Sigismundo  
regnante accepimus: quę omnes  
vna aliqua ex his, quas superius per-  
currimus victorijs abunde expiate et  
compenstate sunt: nec scio an quasi  
nevuli quidā formosum corpus, vel  
nubecule meridianum solem, tot illas  
clarissimas victorias illustriores red-  
didere. Bello'ne autē tantum clarus,  
an etiam pace SigismūduS fuit? Imo  
vero pace, quā semper expetiuit, cla-  
rissimus. Testantur id tante opes &  
facultates hominū nostrorum, tam  
opulenta



Opulēta cum externis cōmerciā, tantus splendor, ne dicam luxus, tanta elegantia cū in ædificiis & victu, cultuq; corporis, tum in sermone et moribus, quanta nunq̄ ante hunc regem in Polonia fuit: Loquūtur leges diligentius aliquanto conscriptę: Clamant tot arces instauratę, tot exornata templa dei opt. max. tam splendide et magnifice exædificata publicis iuxta ac priuatis ædificiis Cracouia, Posnania, Leopolis, Varsouia, Lublinum, Gedanū, & alię quædam vrbes atq; emporia, tam deniq; culta & habitata Russia, Prussia, Litvania, & Podolia, quę regiões antea syluestres & incultę, aut superiorum temporū cōditione deserte magna ex parte iacuerant. Quid ego priuatos Sigismundi thesauros, & ærarium sine vlla cuiusquam iniuria, in extremos reipub.

reipub. vsus aſſeruatum? quid tot ac  
tantas poſſeſſiones à maioribus eius  
oppigneratas, ab hoc vero redēptas,  
cōmemorem? Hæc eo ſunt maiora,  
et magis honorifica, quo ſœdius fuit  
ac deformius, quosdam ante eum re-  
ges quotidianis quoq; ſumptibus in-  
terdum defectos eſſe. Iam vero non  
minima eſt & illa felicitatis acceſſio,  
quòd eo regnante Zatoriens ſ ditio,  
et Maſouia poſt quadringentiſimū  
ferè annum ad corpus et compagem  
Polonię rediuerunt: Prussia reſuſcitū  
diu, & aliquoties excuſſum iugum ac-  
cepit: Pomerani Stolpenſes ad inter-  
miſſam aliquādiu huius regni ſocie-  
tatem & clientelam, iureiurando ada-  
cti, reuenerunt: In qua tamen noſtra  
cōniuentia non diu permansiſſe. Por-  
rò in commemorandis coniugijs &  
liberis, quę non exigua felicitatis hu-  
manę



manē pars est, diutius me immorari  
neceſſe non eſt. Per multi ſunt in hoc  
cœtu, qui priorem eius vxorem, Bar-  
baram, Stephani comitis Scepuſien-  
ſis, ac Tranſyluaniēſium palatini cus-  
ius ductu nonnunquam cum Turcis  
Vngari fortiter dimicarunt, filiam,  
Ioānis poſtea regis Vngarorum ſor-  
rorem, ſceminam ſanctiſſimam &  
pientiſſimam nouerunt: quę quidem  
maximam illam Orſenſem de Mo-  
ſchis victoriam aſſiduis diurnis ac  
nocturnis precibus, cum lachrymis  
et profuſa in egenos beneficentia, aſ-  
perioreſq; cultu corporis & ieiunio  
coniunctis, à Deo impetraſſe exiſtia-  
mata eſt. Quę quàm coniuncte cum  
viro vixerit, magno & longo mœ-  
rore, & vberi fletu, ac penè muliebri  
eiulatu poſt mortem eius indulgen-  
tiſſimus rex teſtatus eſt. Hac imma-  
ture

turè intra tertium annū amiffa, altera  
suafu Maximiliani Cæſaris duxit,  
Bonam Sphortiã Ioannis Galeatii,  
Sphortie Mediolanēſiū ducis, & Iſa-  
belle Arragonie filiã: Cuius auus ma-  
ternus, Alfonſus eius nominis ſecun-  
dus, Neapolitanorum rex, & ſtirpis  
Arragoniorum ac Siculorum regū,  
de qua Carolus quoq; & Ferdinan-  
dus ſummi monarche maternum ge-  
nus ducunt, antiquitate, & ſua virtus  
te fuit clariffimus. Paternus vero  
proauus Frãciſcus Sphortia, Sphor-  
tie, qui primus eam familiam rebus  
magnis geſtis fundauit, filius, cū plu-  
rima & grauiffima bella, cum maxi-  
mis principibus, potentiffimis popu-  
lis, & præſtãtiſſimis bellatoribus per  
omnem Italiam proſpere geſſiſſet,  
nominisq; ſui gloria ac terrore eam  
impleſſet, à Philippo Maria Medio

**D** lanenſiū



lanensium duce, Blancę Marię filię  
coniugio, dotalicq; Mediolanensium  
principatu dignatus est. Hoc igitur  
tali genere progeneratam Bonam, alte-  
ram vxorem Sigismundus rex accep-  
pit: De qua, quoniam præsens adest,  
gravi dolore & mœrore amissi dul-  
cissimi mariti, quemadmodum cer-  
nitis, prostrata, nihil dicam amplius,  
nisi quòd triginta fermè annos cum  
eo nupta, tanti ea fecit maritum regē,  
vt his extremis aliquot annis ægro-  
tantem, & viribus plane destitutum  
non coniugali charitate, sed ancillari  
plane ministerio sine omni fastidio  
curaret. Quo factum est, vt plurimū  
ei vicissim Rex amantissimus indul-  
geret. Harum vero duarum vxorum  
ē Barbara quidem Heduigim filiam  
susceptam, sceminam lectissimā, Io-  
achimo Marchioni Brādeburgensi,  
electori

electori Romani Imperij matrimonio iunxit, & nepotibus ex ea viuens adhuc auctus est. E Bona vero maximam natu filiam Isabellam, foemina nam excelso & regio animo praeditam, Ioanni regi Vngarorum, affinitiam prius suo, nuptui tradidit, nepotemq; ex ea, regia, quemadmodum fertur, indole puerum suscepit: quae mulier complures iam annos post mariti mortem in praecipua laceri & afflicti regni parte regnat. Reliquas vero tres, Sophiam, Annam, & Catharinam virgines spectantissimas, magnorumq; regum connubijs dignas, quas hic dolore immature amissi patris miserabiliter lamentantes & humi abiectas videtis, elocari ipsi, ita vt optabat, datum non est. Filius vero vnicus hic Sigismundus Augustus, puer etiam dum decimum agens an-



num paterno regno, ipsius opera studioq; ante decem & octo annos inauguratus, post iuuenis factus, uxorem accepit voluntate patris, Elizabetham, Ferdinandi Cæsaris, & Vngarorum ac Boemorum regis filiam natu maximam. In qua muliere genus cum forma, forma cum comitate & mansuetudine, hæc cū probitate, probitas deniq; cum pietate (quæ ipsi patria virtus fuit) certabat, ita vt nescires, qd in ea potissimū admirareris. Quæ vtinā vixisset diutius, et æditis focero optatis ac sui similibus nepotibus, felicitatem eius perfecisset, tranquillitatemq; huius regni stabiluisset. Sed nō merebantur hæc opinor nostra scelera. Nunc ad Sigismundum redeo. Nonne igitur hoc singularis cuiusdā felicitatis fuit, Rege patre, patruo, auoq;, matre vero Cæsaris

Cæsaris filia, & magni regis sorore  
ortum esse, tres fratres, & vnus ex  
his filium reges vidisse, regē & ipsum  
supra vnum & quadraginta annos  
tranquille feliciterq; regnasse: sum-  
mis principibus venerabilem, hosti-  
bus formidabilem, cæteris admira-  
bilem fuisse: regnū legibus, opibus,  
ædificijs, humanitate, elegantia et glo-  
ria longe florentius, quàm acceperat,  
reliquisse: filiam reginam, alterā ve-  
ro regina non inferiorem, & ex his  
nepotes & neptes habuisse: filium  
deniq; regem secum & post se fecisse:  
se: morientem permagnum sui desy-  
derium bonis omnibus reliquisse:  
Nonne hæc inquam ei preclarissima,  
et longe posteritati memorabilia in  
hac vita contigerunt: Atq; hæc ta-  
mē plæraq; omnia, externa sunt bo-  
na: in quibus fortuna plurimum sibi

D iij vendis



vendicat; Sed ab eo tamen ratione & consilio moderata sunt. Quid ego nunc formam & staturam eius, robor cuiusuis honesti laboris patiens, dignitatē oris, dignamq̃, vt ait poëta summus, imperio faciem depingam? Quod si facere maxime velim, non possim. Prius enim ferè hæc in eo ætate ingrauescēte marcescere cœperunt, quàm ego in hanc lucem prodij. Sed tamen permanserunt in eo etiam affecta iam ætate non obscura earum rerum vestigia. Roboris vero et virium eius argumenta, fractę inter manus non semel florentiore ætate ferreę equorum soles, rupti funes canapei crassiores, intensę manu balistę, discerpti bisoriarum cartarū fasciculi, à maioribus nati, qui hæc fieri ab eo viderunt, prædicantur. Atq̃ hæc leuiora fortasse cuiquam videantur.

tur. Illa quidē non in postrema bonorum parte numeranda sunt, sanitas, quę ipsi perpetua ferē ante extremam senectutem fuit: integritas & solida compago membrorum, quę afflictas morbo vires facile recuperabat: vigor sensuum, qui ad extremum usq; eum non destituit: firma, melioribus præsertim annis memoria: deniq; acumen ingenij, quo fratres maioresq; suos longo interuallo anteuuit. Sed & hæc omnia, vt sint magis propria hominis, quàm illa superiora, tamen ad corpus ferē, quę deterior pars hominis est, pertinent, nec magna laude & admiratione digna sunt, quippe cum quibus nascamur, quæq; in potestate nostra non sint, & ingenuo cum seruis, urbano cum rusticis, nobili cum plebeis, regi cum mediastimis & baiulis, deniq; bono



bono viro cum improbis cōmunia  
sint. Tametsi ne mutę quidē pecudes  
penitus horū bonorū expertes sunt.  
Quin plęraq; in illis, quā in nobis  
maiora & illustriora spectantur. Vi-  
ribus quidem ab vrsis & leonibus, a-  
gilitate à cervis & bisontibus, longe-  
uitate ab insdem cervis, specie fortas-  
sis ab equis & pavonibus, sanitate  
à piscibus, sensuum vigore à linci-  
bus, aquilis, canibus, vulturibus, in-  
dustria & ingenio quodam modo ab  
elephantis, vulpibus, & apibus, sic a-  
lijs rebus ab alijs fortasse superamur.  
Cæterum in animo vera hominis  
et propria laus est. Corpus em̄ par-  
tim instrumentū, partim domiciliū,  
partim etiā carcerem & ergastulum  
animi sapientissimi homines esse vo-  
luerunt. Animū ferè hominis appella-  
tione dignati sunt. Qui vero mole-  
lissime

liffimè fenferūt, partē quidem homi-  
nis, fed longe deteriorē, corpus dixe-  
runt: In animo omnem hominis ex-  
cellentiam & principatum colloca-  
rūt. Quocirca his quę externa, quęq;  
corporis bona dicuntur, ita obiter  
transcurfis, ad eas, quę sunt proprię  
hominis, atq; adeo magni & excel-  
lentis principis laudes, tranſeamus.  
Quas dum, quāta maxime breuitate  
poterimus, perſequimur, quæſo, vt  
benigne & attente, quod feciſtis ad-  
huc, audiatis. Virtutem, ſummam a-  
nimi, atq; adeo hominis perfectio-  
nē quicunq; recte philoſophati ſunt,  
dixerunt, eiusq; virtutis prudentiam,  
fortitudinem, temperantiam, atq; iu-  
ſticiam, quatuor partes, & quali ſon-  
tes quosdam, vnde officium, & om-  
nis honeſta, & laude digna actio  
manaret, eſſe voluerunt. Quænam

**E**rgo



ergo ex his in hoc prestantissimo re-  
ge desyderata est? Prudentiane? que  
ex præteritis & præsentibus, ea que  
deinceps euentura sint, colligit: caus-  
sas rerum videt: recte de rebus iudic-  
cat: sibi suisq; in longum prospicit:  
impudentia mala sapienter auertit.  
At ea summa & admirabilis in eo  
fuit. Argumēto est, bene & cum ap-  
probatione cunctorum, quoad ei per  
ætatem atq; morbum licuit, adminis-  
trata, & inter tot vndiq; imminen-  
tes hostes per tot annos incolumis  
conseruata respublica. Nam quis sa-  
pientius eo, siue ex legibus & mori-  
bus nostris, siue ex æquo & bono ius  
dixit? Nihil eum varietas legum atq;  
morum, quibus alijs equestris ordo,  
alijs oppidani, alijs agrestes, deinde  
diuersis Poloni, Litvani, Masouij,  
Prussi, Silesijq; vtuntur, nihil diuersa  
& pu

& pugnantiã nonnunq̃ senatorum  
iudicia, quo minus ius suum cuiq̃  
tribueret, perturbarunt. Accidit in-  
terdum, vt post dictas à senatu sen-  
tentias, vltima ipsius, ab omnibus di-  
uerſa, & tamen omnium eſſet æquiſi-  
ſima. Porro in conſilijs de repub. ni-  
hil temere & incõſulte faciebat, cun-  
ctã ad publicam, non partis, aut ordi-  
nis huius vel illius, ſed omniũ utilita-  
tem referens: fortunę quàm mini-  
mum ſeſe ſuãq̃ permittens: ac tuta  
conſilia lubētius, quàm calida & peri-  
cuſoſa ſemper ſecutus: Bella, in qui-  
bus fortuna plurimum dominatur,  
nunq̃ appetiuit, nec niſi neceſſario, &  
gravi iniuria prouocatus ſuſcepit, &  
ita quidem, vt ab illa Comici poetę  
ſentētia non diſcederet: Omnia pri-  
us experiri, quàm armis, ſapientem  
deceat. Itaq̃ à quietis conſilijs nunquã,

E ij ne inter



ne inter media quidem arma, & rebus ad nutum fluentibus, abhorruit: Regna à Suetijs, Vngaris, & Boemis, quemadmodum superius dixi, delata refutauit, ne se patriamq; suam nouis et periculosis bellis implicaret, Valachos subiugare, siue adeo exterminare, ob rupta crebro fœdera cum posset, noluit, ne vel illi desperatione adducti, Turcis sese dederent, vel redacta in prouincię formã Valachia, & amoto quasi obice, ipse difficilimum cum potentissimis Turcarum tyrannis bellum de finibus gerere cogeretur. Non quòd à pia contra barbaros ac deuotos Christiani nominis hostes expeditione penitus abhorreret, sed quòd suas illorumq; vires iusta lance metiretur. Sic enim iudicabat neq; suum esse, neq; vnus planè cuiusquam principis, tam valis  
dum

dum hostem, qui Asię, Africę, Euro  
pęq; magnam partem ditione tene  
ret, florētissimum Gręcię imperium  
euertisset, Caramannos, Cylicas, Sys  
ros, Aęgyptios, & nescio quas præter  
rea gentes vna ætate subiugasset, de  
niq; latissime dominanti Persarum  
regi grauis esset, debellare. Coniun  
genda esse Christianis principibus  
arma, si hostem illum à ceruicibus  
suis vellent depellere. Cum ergo ani  
maduerteret cæteros principes fera  
libus odijs inter se digladiari, ac to  
tum penè orbem Christianum plusq;  
ciuilibus bellis ardere, omni honesta  
ratione semper Turcicum bellū de  
clinauit, & Ludouico, fratris filio,  
Vngarorum, & Boemorum regi se  
dulo idē suasilit: qui iuuenis si patruī,  
quàm ferociorum quorundam con  
siliariorum suorum consilijs obteme

E. iij perare



perare maluisset, oblatamq; à Turcis pacem accepisset, seu verius ipsis expetitam dedisset, viueret fortassis adhuc, neq; munitissimum Christianorum regnorum propugnaculum, Vngariam secū vnā perdidisset. Hęc sanè fuit causa, cur apud pientissimū et Christianissimū regem Sigismundum nihil valuerunt Iulij secundi, Leonis decimi, Adriani sexti, & Clemētis septimi pontificum maximorum preces & exhortationes, ad suscipiendum contra Turcas bellum incitantium. Optabat quidem sapientissimus rex tempus illud, cū Christiani principes restinctis intestinis bellis, reconciliatisq; inter se animis, ad inferendum Turcis bellū conspirarent, plurimumq; in id operę, laboris, et sumptuum impendit, siue quando cum Maximiliano Cæsare congressus

lus est, siue cum missis non semel ad  
dissidentes principes, & ad pontifices  
maximos, veluti presides & moderato-  
res reipub. Christianę legatiõibus,  
accurate ac diligenter ea de re egit.  
Et cum initio nonnulla eius rei spes  
ei affulsisset, non nisi annuas inducias  
Baiazeti, Solimanni huius auo, petẽ-  
ti dare voluit. Ea vero spe frustra-  
tus, sæpe diuinavit, nunquã id se vi-  
uente euenturum esse, vt Christiani  
principes aduersus cõmunem illum  
hostem vires coniungerent. Intelli-  
gebat enim, quousq; nonnullarũ na-  
tionum mutua inter ipsas odia pro-  
cessissent: nec defore Turcis, quos à  
cæterorum consensu, ad impediendos  
pios conatus, auellerent. Quid illud?  
cum principes Christiani complures,  
quos nominare necesse non est, sub  
Clemente pontifice, in suum fœdus,  
contra



contra Carolum Cæsarem, partim  
inuidentia felicitatis eius, partim po-  
tentie metu initum, pertrahere eum  
non potuerunt: aut cum nuper pris-  
marij Germanie principes, affines  
ferè ipsius, et præpotens illa tot opus  
lentorum populorum cõtra eundem  
Imperatorem et fratrem eius conspi-  
ratio, pellicere eum in societatem su-  
am nequiuit: ne eatenus quidem, vt  
vel pecunie nonnihil mutuo daret af-  
finibus & cognatis, vel conatus illos  
tacite approbaret, vel deniq; ne suos  
homines stipendijs eorum militare  
prohiberet: Cuius tamen rei non le-  
uem ei excusationẽ dabant apud Cæ-  
sares, libertas et instituta nostra. Non  
modo autẽ nihil eorum fecit, sed eti-  
am disuadere conatus illos, & pacifi-  
catorem sese interponere conatus est.  
Atq; vtinam ei obsecundatum esset,  
non tam

non tam vasta quibusdam locis, neque  
tam exhausta passim esset pecunijs  
iuxta ac viris Germania, & liberi ad-  
huc principes quidam retinerent do-  
minatus suos amplissimos. Sed for-  
tasse sic Deo visum, ut factum & cō-  
tumaciam, prætextu libertatis euan-  
gelicę contra sanctissimas leges et in-  
stituta maiorum, contra antiquiss-  
imum vniuersi Christiani orbis con-  
sensum, & cōtra legitimos magistra-  
tus suos impie se se efferentem, retun-  
deret. Cum igitur hæc vel faceret, vel  
recusaret optimus rex Sigismundus,  
nonne magna fuit illa eius prudētia  
cum fidē amicitie & constantia con-  
iuncta? Quid? cum Ioanni regi, bis  
affini suo, ne regnum Vngarorū Fer-  
dinando Maximiliani nepoti iam  
prius destinatum, susciperet, dissuade-  
re frustra studuit? aut cum ei profuso



go, exilij quidem locum apud se in-  
dulſit, vt aliquid neceſſitudini, & ca-  
lamitati eius tamen daret, auxilia ve-  
ro contra eundem Ferdinandum ne-  
gavit: aut cum pacem inter eos com-  
ponere magna cura inſtituit: Cernes  
bat nimirũ ſapientiſſimus princeps  
à longe, quantum mali intempetiua  
illa Ioannis ambitio Vngaris adue-  
ctura, quantisq; malis & calamitatis  
bus non modo florentiſſimum illud  
regnum, verumetiam finitimas ei re-  
giones inuoluturũ eſſet bellum illud  
inter duos de regno conflatum. Iam  
in reuocandis ad officiũ Gedanen-  
ſibus, quodam furore multitudinis  
ad rebellionem concitatis, & in eiſci-  
endis è Prussia Cruciferis Marianis  
tam cupidis, tamq; contumacibus, vt  
nunquã ab eis Polonia & Litvania  
quiete eſſe poſſent, an non magno &  
exquiſito

exquisito consilio usus est ? Ne illud  
quidem eius consilium sapientia vac-  
cavit, quo, cum hinc à Moschis graui  
bello distineretur, inde Cruciferi non  
leuius bellum ei ostentarent, Maxi-  
milianus vero Cæsar, infensus ipsi  
adhuc, & hos, & omnes, quoscunq;  
posset, in eum, & in perniciem Po-  
lonorum concitaret, Tartaris dona-  
tium, siue stipendium cōstituit, non  
modo vt ab assiduis eorum incur-  
sibus ditiones suas, alijs, quemad-  
modum dixi, bellis impeditas, libera-  
ret, verum etiam vt eorum opera, in  
vexandis ac distinendis Moschis, &  
alijs hostibus suis, paruo redempta  
vteretur. Qua re tantum profecit, vt  
& Moschos ad petendam pacē adis-  
geret, & tam culta & habitata sit, quā  
nunquam sub fratribus, patre & pa-  
truo eius fuit, Podolia. Quam solis



dum vero fuit eius iudicium in mandandis honoribus & magistratibus, et in allegendis in senatum viris idoneis, quoties id ei arbitrio suo facere per quosdam importuniores, quibus impensius indulgebat, licuit? Atque hoc id admirabilius est, quod difficile est non peccare in hac parte maximis quibusque regibus & principibus, propterea quod alienis ferè & oculis cernunt, & auribus audiunt. Iam peculiaris illa eius in omnibus dictis et factis cunctatio, ne ipsa quidem sua commendatione caret. Nimirum sapientis est, nihil temere, nihil precipitanter, sed omnia consulto ac deliberate agere. Sic enim cauemus, ne cuius nos dicti aut facti unquam poeniteat. Itaque celebratur etiamnum literarum monumentis non ignobilis populi Rom. Imperator, Fabius maximus:  
de quo

de quo vulgatus est ille poetę cuiusdā  
versiculus. Vnus homo nobis cun-  
ctando restituit rem. Atq; hæcenus  
quidem de prudentia Sigismundi re-  
gis nobis dictum sit modo. Cuius  
quidem ipsi causa fuit timor Dei, cū  
lacte nutricis, vt ita dicam, imbibitus.  
Initium enim sapientię, quemadmo-  
dum sapientissimi reges David &  
Solomon inquit, est timor domi-  
ni. Fortitudine vero & magnitudi-  
ne animi quāta hic rex præditus fue-  
rit, quā impiger ad propulsanda &  
suscipienda pro salute & incolumitas  
te suorum bella, quā contemnens  
earum rerum, quę maxime in hac vi-  
ta expetendę esse videantur, qualia  
sunt, regna & imperia, satis iam opi-  
nor intellexistis ex his, quę superius  
diximus. Quin ex illo quoq; magni-  
tudinem animi eius intelligere licet,

F iij quod



quòd Prussico bello, cum terrore nō  
modico aduentantium è Germania  
auxiliorum, meliore rursus loco res  
Cruciferorum esse cœpissent nihil de  
conditionibus pacis, hosti prius à se  
oblatis, mutare voluit: Aut quòd cū  
ipsi Litvanię possessionē post mor-  
tem Alexātri fratris adeunti, de no-  
uis quorundam Litvanorum moti-  
bus renunciaretur, non est deterritus,  
quo minus institutum cū paucis co-  
mitatu aulico iter prosequeretur: Et  
cum deinde Michaelē Glinscium  
ducem Russum, qui ad dominatum  
adspirare dicebatur, cum valido equi-  
tatu aduentare, in balneo tunc forte  
se abluens, cognouisset, neutiquam  
turbatus est animo. Venientem, cū  
tranquillo vultu & comiter accepisset,  
cuncta ei scelerata consilia (quod  
Michael ipse postea fassus esse fert)  
e pectore

ē pectore excussit. Tantum eius ani-  
mi magnitudo in graui & constanti  
aspectu relucens, apud hominem A-  
lexandri regis nimia gratia insolescē-  
tem, ac dominantī cupiditate incens-  
sum, valuit. Sic feroces alioqui canes  
ad Molossorum aspectum projicere  
se, & adulari cauda solent. Quid il-  
lud? q̄ Vngaris & Boemis cum suis  
regibus Viennam ad Maximilianū  
Cæsarem proficisci, fidei q̄ eius, quē  
Posonij in constituto congressus lo-  
co diu frustra expectarāt, credere se  
ob non leues suspiciones dubitātibus,  
ipse, nō sanē amicū ad eam diem ex-  
pertus Cæsarem, permagna fiducia  
ire ad eum perrexit, ac ceteris idem  
faciendi, data fide pro Cæsare, author  
fuit. Porro æquabilitate animi in v-  
traq̄ fortuna, tanta fuit, vt neq; se-  
cundis rebus difflueret, neq; aduersis  
frange-



+ I +  
frangeretur: A superbia et fastu semper alienus, aditu & affatu facilis fuit. Aestus, frigoris, inediae, & laboris patientissimus: quippe qui ab ineunte ætate molliciei deliciisque minime aduefactus esset: crassioribus cibis, et panis, & caprinis pellibus, quod iactitare ipse solitus erat, innutritus. Morbos, & alia vitæ incommoda admodum æquo animo ferebat. Quosdam tempore ad sectionem digiti pedis, sacro, ut medici dicunt, igne inflammati, nihil est planè commotus. Porro cū arx hæc conflagrasset, illa de re tantumangebatur animi, quod dubitaret tantisper, se deinceps victurum esse, donec eam instauraret. Publica suorum incommoda depellere, damnasque vindicare non libenter neglexit. Priuatas vero suas iniurias, obrectationes, conuicia, & maledicta insolens

ita insolentiorum hominum ita contemp-  
tissit, vt nunquam vindicaret, nec  
esset ob id deinceps ad beneficentiam  
in huiusmodi homines restrictior:  
Iam vero temperantia & moderati-  
one non modo cū laudatissimis om-  
nium gentium regibus & principibus,  
verum etiam cum priscis philo-  
sophis, quorum seuerior & accurati-  
us instituta fuit vita, certare potuit.  
Nihil ab eo leuius, nihil cupidius, ni-  
hil insolentius, nihil dissolutius & fla-  
gitiosius vnq̄ dictum aut factum.  
Fuit in eo vultus æquabilis & ad se-  
ueritatem compositus, incessus lenis,  
sermo perparcus & grauis, sale tamē  
et lepore non inurbano neq; petulā-  
ti nonnunquam temperatus. A for-  
dibus semper abhorruit, sed frugali  
tamen victu, & cultu corporis ele-  
gantiore quàm splendidiorē vsus est.

G nisi



nisi quando externos homines & legatos ad se admissurus erat : Nam tunc augustiore habitu commendare Maiestatem suam studebat. Eademq; de causa splendidius q̄ quisq; maiorū suorum habitare instituit. Cuius exemplo & imitatione eliminata magna ex parte è vita nostrorum hominum pristina barbarie, ciuilitatē, munditiam, elegantiam, & splendorē cum dignitate consecrari passim cepimus. Itaq; longe alia nunc est facies rerū in Polonia, q̄ ante hunc regem fuit. Sobrietatem vero rex idem magni fecit, & ab infantia quidem ad senectutem vsq; patris auicq; instituto, planè abstemius & aquę potor fuit: Ingrauescente vero ætate, medicorū suasu vinum bibere didicit, sed ita tamen, vt nunquam eum quisquā ebrium viderit. Edatior quidem & libidiniosior

dinosior natura fuit: verum in vtroq;  
tamen magnopere sibi imperabat:  
Cum prægrauatum se sentiret, ipse  
sibi cibum subducere solitus. Quod  
vero ad venerem attinet, caelebs qui-  
dem viridior ætate laxius aliquanto  
vixit, & liberius, nec tamen alienos  
thoros contaminavit, nec vim cuiq;  
honestæ & pudicæ intulit, neq; fœdis  
us quicq;, quod honeste aures abhor-  
reant, admisit: & vero illos lubricæ  
ætatis lapsus multis clarissimis vir-  
tutibus compensavit atq; contexit.  
Maritus vero, coniugij fidem sancte  
servavit. Verecundia summa, & penè  
virginali quoad vixit, fuit. Nudum  
se, aut necessitati naturæ satisfaci-  
entē, non nisi à perpauca interioris cubi-  
culi ministris, conspici passus. Ob-  
iurgare & admonere officij eos, qui  
aliqua dignatione essent, non sine ru-



bore solitus. A probris, maledictis,  
quãuis et acerbioribus verbis, iratus  
omnino sibi tēperauit. Quanta vero  
fuit huius optimi regis modestia? qui  
cū acri et solido esset cū in iudicando,  
tum in consultando iudicio, & neq;  
gratia, neq; odio facile deduci se ab  
æquo & bono pateretur, tamen ni-  
hil ferè maius vnquam sine consilio  
senatus fecit aut statuit, ac nonnunq;  
de recta sententia sua consensu sena-  
tus adductus decessit, ne pertinax es-  
se videretur: quod ingens est & per-  
niciosum plæruncq; in principe vitiū.  
Fiunt enim multa interdum iniuste  
et inutiliter, atq; etiam temere & cū  
multorum exitio ab ijs, qui sibi plus  
quàm cæteri sapere vidētur, dum ius-  
dicio suo freti aliena consilia aspers-  
nantur. Iam illud, nonne magne fuit  
modestig simul & grauitatis, quod  
aduera

aduersantem sæpe desiderijs suis, vel  
utilibus, vel certe non perniciosis  
reipub. nobilitatem, æquo & modes-  
derato animo pertulit, neq; vi quicq;  
inuitis extorquere aggressus est, neq;  
intemperantio rem cuiuscq; in se petu-  
lãtiam acerbius vltus est, ne tum qui-  
dem, cum apud Leopolum concitate  
multitudinis conatus prædigiola tẽ-  
pestate diuinitus disturbati, ferocio-  
rem eum facere potuerunt? Ac ne  
eblandiri quidem præter dignitatem  
aliquid, quod extorquere nollet, vol-  
luit. Non pauca tamen aliquãdo ex-  
tra ordinẽ et præter debitũ huic eius  
modestię, cõsensu & obsequio multi-  
tudinis atq; cõsiliariorũ cõcessa sunt.  
Ita nimirum sæpe plus impetrat mo-  
destia, quã exprimit imperium &  
violẽtia, præsertim ab hominibus ab-  
humanitate & libertate non alienis.



simis. Ab eo vero, quem sibi in omni  
ni vita proposuerat, modo, neq; cus  
piditate vlla, aut metu, neq; ira aut  
odio, neq; aduersitate & aegritudine  
animi, neq; læticia deniq; & voluptate,  
que res transuersos ferè rapiunt  
homines, facile vnq; auocatus est, &  
abstractus. Porro si quādo animum  
grauibus & continentibus reipub.  
occupationibus lassum, & quasi fasti  
scentem recreare & relaxare volu  
isset, equitationibus, ac ceruorum, or  
nagrorum, aprorum, vrsorum, & bis  
sontium venationibus (quod studiū  
ipsi gentiliū atq; hæreditariū fuit)  
non sine vtili & salubri corporis &  
virium, atq; etiam industrię exercita  
tione id facere solitus est: Interdum  
etiam equestrium certaminum atq;  
Iudorum spectaculis. Scurrilibus quid  
dem iocis, et leuioribus sordidisue lu  
sibus,

sibus, mimis item, & histrionibus, &  
morionibus non libenter, præsertim  
integrioribus adhuc viribus, vacauit.  
Nec plura nunc de regis huius tempe-  
rantia & modestia dicam. Reliqua  
est nobis vna maxima & præclaris-  
sima virtus eius, quæ eiusmodi est, vt  
neq; vesperugo, neq; aurora sit magis  
admirabilis, quemadmodum inquit  
sapiens quidam: iusticia inquam: qua fir-  
mantur solia, vt ait sapiētissimus rex  
Solomon, stabiliunturq; regna: Quæ  
quidem vel maxime in hoc rege re-  
splēdit. Itaq; ergo iure optimo fir-  
matum est solium eius, regnumq; sta-  
bilitum. Nam siue æquabilitatem &  
æquitatem eius in dicendo iure, tam  
diuerso & vario, quam est in hoc re-  
gno, spectes, siue grauitatem & con-  
stantiam inter diuersas plærunq; se-  
natorum, & nonnunquã pugnantes  
inter



Inter se sententias, studiaq; ad gratiam  
vel odium (vt fit) inclinantium, siue  
laborem & patientiam in exercendis  
iudicijs, quoad ei per valetudinem li-  
cuit, & audiendis etiam infimorū ho-  
minum querimonijs, est quod admi-  
reris, nedum laudes. Admiranda est  
et illa eius continentia, q; nemini vnq̃  
eo regnāte, quamuis luculentas, quā-  
uis amoenas possessiones regijs vici-  
nas habere obfuit; quin illum vicinū,  
quā procures quosdam, cuncti ma-  
lulistis. Quid ego fidem eius cum in  
promissis, tum in foederibus & ami-  
citjs, inimicis iuxta ac amicis specta-  
tam, praedicem? Cōmemorauī non-  
nulla superius, quae ad hanc rem per-  
tinent, Nempè quòd ad dissoluēdam  
cum Caesaribus Carolo & Ferdinā-  
do amicitiam adduci se nunq̃ passus  
est, ne à necessarijs quidem & affinis  
bus,

bus. Promissi vero quam tenax fuerit, possem hic, si necesse esset, locis plerissimos eius rei testes citare, nonnullos viros amplissimos, qui partim hic adsunt, & hæc taciti audiunt, partim iam è viuis excesserunt: quibus quo minus præstaret semel promissa, neque gratia, neque odio, neque precibus, neque conuicijs, neque lachrymis cuiusquam flecti potuit: Nihil in eo fallax aut multiplex, aperti vero & simplices fuere mores, pariter et oratio. Et quoniam ea, quæ respub. conseruet, tuetur, & florentes facit, iusticia, pœna & præmio, seueritate & clementia maxime constat, de his quoque pauca dicamus. Vtrumque ille qui de coluit, nec dum alterum sequitur, neglexit alterum: Sed cum intelligeret, liberis & minime maliciosis populis se imperare, & satis magnam pœ-

H nam



nam sceleri & ignauie, institutis maiorum nostrorum esse propositam, infamiam inquam & odium bonorum virorum, ad seueritatem quidem et expetendas de fontibus poenas fuit remissior, nec nisi necessario, quoadmodum ad secandum vrendumque medici, ad hoc descendebat: Vt, cum Casimirienſes aliquot decuriones ob eandem nobilium quorundam, tumultu concitate multitudinis patratam supplicio capitali affecit, ne quod maius malum inde existeret, & vt illi exemplo essent in posterum magistratibus, multitudinem temere concitantibus, concitatamue non refrenantibus, vel cum Gedani de capitibus seditionis vrbane supplicium sumpsit: vel denique cum dux adhuc Silesie, regionem illam omnem latrocinis, quibus infamis erat, iam inde ex quo tempore bella

bella ibi à Boemis & Vngaris, Ma-  
thia & Georgio ac mox Wladislao  
regnantibus, gesta sunt, penitus res-  
purgauit. Quod factum eius cum fi-  
nitimi omnes laudant, tum Silesij  
quoq; etiamnum grata memoria pe-  
sequuntur. Ad clementiam vero fuit  
propensior, ita ut cum aliquando eam  
ob rem nescio à quo viro senatorio  
reprehenderetur, urbaniori responso  
repressisse illam eius acerbiteratem fe-  
ratur. Qui scis, inquires, à quonam  
seueritatem istam exordirer? Illud  
opinor innuens: Neq; illū culpe ex-  
ortem esse, & ad multa nōnunquam  
conuiuendum esse rempub. adminis-  
tranti. Proinde multos capitis reos  
vita donauit: nōnullis iniustam iure  
infamiam sustulit: nullius propemo-  
dum bona confiscauit: confiscata eti-  
am, ijs, quorū fuerant, reddidit: Exu-



les & proscriptos reuocauit: Sine ac-  
cusatore quidem & indicta causa ne-  
minem damnauit. Gedanensibus vi-  
lis plebecule impetu ab officio disces-  
sentibus nihil ferè de pristina liber-  
tate & immunitate, nihil de commo-  
dis, quæ per ampla sunt ciuitati illi pu-  
blice & priuatim, detraxit: authores  
modo seditionis paucos inuitus par-  
tim interfecit, partim exilio multa-  
uit: Hostibus supplicibus libētissime  
veniam dedit, ita vt vel de medio vi-  
ctoriarum cursu non grauate retrahi  
se ad veniam reconciliationemq; pas-  
teretur. De Valachis quidem iam  
diximus. In Cruciferos vero, debel-  
latos iam ferè, quàm clemēter se ges-  
sit: Quòd nisi fidem eorum, dubiam  
semper, suspectam habuisset, non mo-  
do siuisset eos retinere quæ habebant  
adhuc, sed ablata quoq; ni fallor, eis  
reddidit

reddidisset. Magistrum quidem eorū, Albertum Marchionem Brandenburgensem, sororis suę filium, expectatione & aduentu auxiliorum ĩ Germania, varie tūc, vt q̄ leuissimo verbo vtar, secum agentē (dabit mihi veniam princeps ampliss. vulnus suū necessario refricanti, & beneficentissimi in se auunculi memorię hoc non inuitus, vti spero, donabit) retinere ea, quę ante bellum illud habuerat, & partim iure belli amiserat, partim amissurus esse videbatur, omnia iussit, et honore auxit, Magistri appellatione in ducis nomen, quo omnem desinens rebellandi occasionem tolleret, cōmutata, deniq; hæreditarium ei fratribusq; eius Cazimiro & Georgio in mares duntaxat liberos, principatum illū constituit. Hęc an non maxima sunt documenta clementię,

H. iij. hostē,



hostem, quem minime esse decuerat,  
et hostem pertinacem, penè deuictū  
et fortunis spoliatum, meliore q̄ fuis-  
set dudum, conditione, in societatem  
et amicitiam recipere? Quid illud eo-  
dem bello, quòd Germanos milites  
contra se militantes, velitationibus et  
leuibus nostrorum prælijs exagita-  
tos, & labore, inopia, inedia, vigilijs,  
vulneribusq̄ confectos, delere, cum  
posset, noluit? Captiuos, quorū ple-  
nè erant turres & ergastula in maio-  
re Polonia & Cuiavia, sine vlllo præ-  
cio liberos, atq̄ adeo veste & viatico  
donatos, dimisit? Cuius clementie  
benignitatisq̄ suæ maximū, nisi fal-  
lor, fructum cepit: Nempè q̄ per tot  
annos deinceps eo regnante, in Prus-  
siam Germani, & contra Polonos,  
quamuis sedulo sollicitantibus Crus-  
ciferis, arma non sumpserunt, non  
tam

tam viribus et fortuna regis, vt equi-  
dem credo, deterriti, quàm beneficia  
victi. Sæpenumero enim ij, qui  
aliquando victi fractiq; sunt, contra  
victores sese recolligunt. At quos vi-  
ctos seruaris ac iuueris, eos beneficij  
pariter & fortunę suę recordatio,  
pristinosis spiritus recipere non tam  
facile sinit. Neq; illud minus est, nec  
scio an longe maius clementię Sigis-  
mundi argumentum, quòd cum per  
magna libertate, cui reges atq; mo-  
narchę plæriq; omnes infensi & in-  
festi sunt, respublica nostra constitu-  
ta sit, nunquam eam infringere cona-  
tus est, quamuis impellentibus ad id  
quibusdam, & maiore nonnullorum  
licentia aliquando prouocante. Verũ  
cedere furori paucorum, quàm de-  
trahere aliquid propter eos de com-  
muni libertate rex optimus maluit.

Quod



Quod si qui reprehendunt, ñdem sa-  
nè reprehendant, quòd amari à suis,  
q̄ timeri, & patrem se, quàm dominũ  
haberi maluit. Huc & illud pertinet,  
quòd procerum similtates atq; dis-  
sensiones semper sedauit, quoad po-  
tuit: quas alere tyranni, & qui priuas  
ta cõmoda sua, quàm repub. pluris  
faciunt, solent. Nec eẽ tantum, prohi-  
dolor, his extremis eius temporibus  
inter quosdam inualuissent, magno  
iusticię & iuris dicundi impedimen-  
to, scelerum impunitate, & periculo  
malosq; reipub. dum ea quasi plaustrũ  
disparibus ac diuersis iumentis, auris  
ga cessante, aut nec quicq; laborante,  
distrahitur, ac discerpitur: non inua-  
luissent inquam dissensiones tam pes-  
tilentes, si senium & perpetuus ferẽ  
morbus consuetudinem & authori-  
tatẽ pristinam retinere eum siuisset.

Quo fit,

Quo fit, vt ipsi iure quodam suo ve-  
nia danda sit, si non per omnia eum,  
quem debuit, quēq; florentiore ipsius  
ætate tenuerat, cursum respub. pristina  
no illo sensuū, animi, & memorię vi-  
gore in eo deficiente, tenuit. Aetatis  
hæc viri Poloni & Litvani, non il-  
lius culpa est. Ille quidem præclaris  
virtutibus suis, atq; superioris tem-  
poris administratione & felicitate  
hæc, si qua fuerunt, extremi tempo-  
ris incōmoda, penitus, si modo vos  
æquiores & gratiores, quàm mali-  
gniores haberi mauultis, obscurauit.  
Neminem vnquam mortalē inuenie-  
tis, qui omnes numeros felicitatis ab-  
soluat. In charissimis quoq; parenti-  
bus, suauissimis vxoribus, dulcissimis  
liberis, atq; adeò in seruis quoq; ve-  
stris multa quotidie vos ferre neces-  
se est, nisi humanitatem exuere pro-



sus velitis. Quæ enim ista esset iniur-  
sticia & immanitas, atq; adeo impie-  
tas, si liberi parentē suum, à quo pro-  
geniti, liberaliter educati & instituti,  
semper indulgenter habiti, & omni  
ratione adiuti & ornati, summa de-  
niq; omnia consecuti essent, ad extres-  
mum propter olentem animam, mus-  
cidasq; nares, addo etiam si libet,  
propter neglectam rem familiarem,  
abominarētur, aut etiam grauius in-  
cularent, superiorum omnium bene-  
ficiorum obliti? Non est hoc vestri  
moris, neq; ingenij viri Poloni, qui  
non penitus malos reges, nedum bo-  
nos & bene meritos, grata memoria  
prosequi solet. Verum ad institutū  
nostrum reuertamur. Fuit igitur in  
Sigismundo, quemadmodum vides-  
tis, singularis elementia & priuatim  
et publice. At fuit is restrictior in  
bene

bene merentes de se ac repub. Fuerit  
sanè ita. Sed quis hoc ei vicio vertat?  
si bene secum reputet, inane ante eum  
regem ærarium: oppigneratas à ma-  
ioribus eius possessiones plerasq; &  
bona regia: egentes quosdã reges, ne  
in quotidianos quidẽ sumptus pecu-  
nia suppetente: nõ solutas à patre, ab  
ipso vero exactas omnium, nisi fal-  
lor, sororum dotes: dotatas duas fili-  
as, tres etiam reliquas dotandas &  
pro dignitate sua regniq; elocandas  
persoluta militibus suis & externis  
supra ducenta millia florenorũ, eme-  
riti apud Ioannem Albertum & A-  
lexandrum fratres stipendiij nomine  
debita: deniq; complura bella non  
sine magnis impendijs gesta, & alia  
præterea impendentia. Hæc quisquis  
recte secum perpendit, simulq; cogi-  
tat, quo indignitatis illa ærarij ino-



pia, patrem, fratresq̄, atq̄ etiam maiores eius nonnunquam impulerit, æquior multo in hac parte Sigismūdo erit. Et tamen nihil is prætermisit, quod ad splendorem regni & patrię, dignitatẽq̄ suam & magnificentiam pertinere existimauit. Vt enim illa quę modo attigi, non reperit, vt redemptos à barbaris captiuos: restitutas res, ne belli causa essent, potenti hosti à nostris prædabundis ablatas: senas nuptias magnificentissimo apparatu factas: cõstructas aliquot locis, & p̄ veteribus turgurij̄s regali magnificentia exornatas domos, vt hæc inquã prætereã, Arces qdẽ Camenecẽsis in Podolia, Leopõliẽsis, Sãdomiriensis, Corcinẽsis, Vilnensis, Cracouiensis et hæc qdẽ bis, et alię quædã instauratę & munitę: cõparatę & instructę permultę & ma  
gne

gne bombarde : frequentes legatio-  
nes ad externos principes missę, &  
ab eis vicissim venientes, splendide ac  
liberaliter acceptę atq; dimissę, per  
magno ei constiterunt. Sumptuosus  
vero & ille fuit splendidissimęq; cū  
Cæsare Maximiliano, & Wladislao  
ac Ludouico regibus apud Viennam  
congressus, quo Polonorum & Li-  
tvanorum nomē, obscurius antehac,  
et inopię, inertię, barbaricęq; opinio-  
ne contemptibile apud externas gens  
tes illustrius & admirabilius esse cœ-  
pit. Post hos tot tātosq; sumptus, nō  
in luxum, delicias, & voluptates pri-  
uatas profusos, sed ad vtilitatem, sa-  
lutem, decus & ornamentum reipub.  
factos, non est sanē reprehenden-  
dum, nec scio an valde laudandum,  
quod ærarium non inane reliquit,  
filij hæredis necessitati, & futuris rei-



pub. vsibus, vt filiarum dotes taceã,  
vtiliter seruiturum, belliq; si quod a  
licunde nobis inferretur, neruum fu  
turum. Et tamen cum hoc sibi pro  
posuisset, ne in priuatos quidem be  
nignitatem & munificentiam suam  
clausit: & fortes, doctos, ac sapientes  
viros, aut quauis alia ratione vtiles  
reipub. cū donis, tum honoribus &  
alijs beneficijs psecutus est. Vt enim  
literatos homines, nostrates pariter  
et externos, quorum vel opera hono  
rifice in rebus magnis vti se posse  
existimabat, vel scriptis & præconijs  
suum populorumq; suorum nomen  
illustratum iri sperabat, vt eos igitur  
omittam ac de fortibus viris aliquot  
modo insigniores cōmemorem, non  
ne Constātinum Ostrogensem du  
cem peramplis beneficijs auxit: nōne  
Ostapheio plebeio, aut obscuro dun  
taxat

taxat homini, sed in Tartaricis bel-  
lis exercitatissimo & vigilantissimo,  
cū alias, tum post obsessam aliquan-  
diu et oppugnatā à Turcis atq; Tar-  
taris, ab eo vero strenue defensam ar-  
cem Cercassiam, permagnum hono-  
rem habuit, & multa largitus est:  
multa sepe delinquēti indulgit. Quid  
Nicolaum Senaium scientia & usu  
rei militaris præstantem, excellentis  
virtutis ergo collocupletatum, & ad  
eum, in quo nunc est, honoris gradu  
euectum. Quidue virum omni laude  
cumulatissimum Ioannem comitem  
Tarnouium, cum alijs non obscuris  
beneficijs ornatum, tum ad summū  
dignitatis fastigium euectum, euidē-  
tibusq; grati animi indicijs, et præcla-  
ris elogijs cum siue à Moschico bel-  
lo & Starodubo euerso, siue à deu-  
ctis apud Obertinum Valachis re-  
uerteretur,



uerteretur, ab ipso ornatū, & hono-  
rario munere, publico totius Polo-  
nie consensu binis grossis collatis, co-  
honestatum, cōmemorem. Viuunt  
hi duo, & adsunt, & hæc mea dicta  
iuribus residentibus approbant. Tas-  
met si longè maximū hi virtutis præ-  
mium, sempiternam rerum à se ges-  
tarum gloriam, quæ eos nunq̄ destitue-  
t, arbitrantur. Taceo Bielscium &  
Lacium Moschos transfugas per ho-  
norifice ab eo acceptos, & luculentis  
possessionibus donatos, ingenij, fidei,  
et scientiæ rei militaris ergo. Non fuit  
ergo, non fuit Sigismundus, ne in  
hac quidem parte restrictior. Aut si  
quando tandem fuit, non sua volun-  
tate, sed necessitate idq; ingrauescens  
te maxime ætate fuit. Quoniam aut̄  
illa quoq; vel potissima pars est ius-  
titiæ, quæ cum cœlitibus hominum  
quasi

quasi societate quandam tuetur, pietas  
inquam & religio, de hac quoque iam  
tandem postremo loco mihi dicen-  
dum est. Consulto autem in hunc eam  
locum seruaui, ut que reliquas om-  
nes virtutes in se continet, & quasi  
germina quedam ex se emittit, ho-  
minisque felicitatem perficit, eadem  
nobis huius optimi regis perficiat  
laudationem. Absque hac enim ceterę  
virtutes, imagines virtutum & um-  
bre sunt verius, quam virtutes: neque om-  
nino laudabiliter & beate, quamuis  
rebus ad vota fluentibus, viuitur.  
Qua autem pietate fuerit, quamque  
sancte & religiose Deum opt. maz-  
ximum Sigismundus hic rex colue-  
rit, si alia nulla essent, ea, que hacten-  
us persecuti sumus, satis magno es-  
sent argumento. Neque enim ita se ille  
cum in administrando regno, tum

**K** in omni



in omni vita gessisset, neq; tantus e/  
ualisset, neq; tot bonis & felicitati/  
bus, quot percurrere obiter vix pos/  
tuimus, aut ipse, aut ditiones eius cum/  
mulatę fuissent, nisi Deum propiciu/  
m habuisset. Verissimum enim il/  
lud est, quod est in epistola diui Iac/  
obi Apostoli. Omne munus bonū,  
et omne donum perfectum superne  
descendere à patre luminum. Eum  
vero nemo propiciū habere pos/  
test, nisi qui agnoscit, reueretur, et con/  
lit, omnemq; fiduciam suam in eo  
collocat. Sic enim canit Dauid rex  
et propheta: Inquirentes dominum  
non deficientur vllō bono. Et alibi:  
Qui confidunt domino, erunt sicut  
mons Zion, qui non cōmouetur in  
æternum. Cum igitur Sigismundo  
tot illa tantaq; bona in omni vita  
suppetierint, quis negabit eum Deo  
cure,

cure, suo nonnullo merito, fuisse?  
Ut enim non fallitur, ita neq; fallit  
Spiritus sanctus, qui per Dauidem  
olim locutus est: Quoniam rex spe-  
rat in domino, & in misericordia al-  
tissimi, non commouebitur: Et que  
præcedunt, Desiderium cordis eius  
tribuisti ei: Præuenisti eum in bene-  
dictionibus dulcedinis: et alibi: Pro-  
pe est dominus omnibus inuocanti-  
bus se, omnibus inuocantibus se in  
veritate: Voluntatem timentium se  
faciet, & preces eorum exaudiet, &  
saluos faciet eos. Custodit dominus  
omnes diligentes se. Sed quoniã im-  
pijs quoq; nonnunquam prospere  
multa in hac vita cadunt, elucetq; in  
eis etiam aliquando nonnulla imago  
virtutis atq; pbitatis, age videamus,  
num qua alia ratione pietatem huius  
regis ostẽdere possimus. Et ecce oc-

K ñ currūt



currūt nobis templa Dei opt. max:  
partim instaurata, partim à funda-  
mentis excitata, & multis magnisq;  
donarijs, & præciosis vtenilibus, ad  
splendorem, simul & vsum cultus di-  
uini regali munificentia exornata.  
Atq; vt Vilnēsem basilicā & Rupēs-  
se siue Scalcense fanum, & quædam  
alia, quę nunc in mentem non veni-  
unt præteream, hoc quidem certe de-  
lubrum pulcherrimum & sumptuo-  
sissimum basilicę huic adiunctum, seu  
verius iniunctum, quod sepulchrum  
et monumentum suum ille esse vo-  
luit, cum instituto iugiter & cōcinne  
Deum colentium sacerdotum colle-  
gio, ferit oculos nostros, & quodam  
angusto splendore perstringit. Huic  
vero basilicę quàm multa, & quàm  
ampla donaria contulit? Iam quis  
nescit, q̄ sedulo is, dum per ætatem  
et morbū

et morbum potuit, et quàm religiose  
sacris cultuicq; diuino operam dede-  
rit, nulla neq; temporis, neq; loci in-  
comoditate, neq; occupationibus res-  
tractus? Quid ego precum eius assid-  
uitatem? quid festorum dierum iei-  
uniorumq; intemeratam obseruan-  
tiam, commemorem? In quibus om-  
mittendus vix valetudinis gratia, atq;  
id extremis demum aliquot annis,  
medicorum suasu, & episcoporum per-  
missu, ne dicam hortatu, sibi indul-  
sit. Quæ enim à teneris annis cum la-  
cte quodammodo materno imbibe-  
rat, ad extremum vsq; halitum con-  
stanter et mordicus ea retinebat. Ex-  
terni hi sunt cultus ritusq;, fateor,  
neq; in his cardo religionis nostre  
vertitur: Vera & interior pietas in  
mentibus & volutatibus nostris pe-  
nitus inclusa est. Ita sanè. Sed cū ea

K iij soli



solī Deo perspecta & explorata sūt,  
tamen his externis sese nobis prodit,  
et exerit, vt sic luceat, secundū autho-  
rem salutis nostrę Christum, lux nos-  
tra hominibus, vt n̄ videntes opera  
nostra bona, celebrent & glorificent  
patrem nostrum cœlestem. Bona est  
enim, ait Angelus ad Tobiam, ora-  
tio cum ieiunio, & elemosyna. Ipse  
quoq; Christus Iesus apud Matthæū  
magnopere hæc tria cōmendat, dum  
quomō fieri debeant, præcipit. Quid  
vero prolixam Sigismūdi in egenos,  
quorum victus vestitusq; paradi ras-  
tiones vel morbus, vel ætas, vel cala-  
mitas aliqua, vel deniq; arctioris &  
addictioris deo vitę professio impe-  
diuisset, beneficentiam & liberalitatē  
persequar? Eadem opera lucē hanc  
diurnam accensa lucerna illustrare  
coner. Cernitis en ipsorū turmas nō  
modo

modo templū hoc, verum etiam vi-  
as & plateas cōplentium, & orbitatē  
suam, tam benefico rege amisso, mis-  
serabiliter deplorantium. Illa vero  
eius in receptis antiquitus Dei pla-  
candi ritibus et ceremonijs, sacrosan-  
cte retinendis ac defendendis, & in  
propugnandis dei ministrorum cō-  
modis, præclara voluntas & constā-  
tia, in ista præsertim nostri temporis  
licentia, & isto nouarum rerum, quo  
nūc leuissimi quicq; homines flagrāt,  
studio, seu verius pruritu, nonne ma-  
ximum est singularis pietatis argu-  
mentum? Vidit enim sapientissimus  
rex in religione nostra nihil melius,  
nihil exactius hoc tempore à quoquā  
inueniri posse, quàm ab ipsis Christi  
seruatoris nostri discipulis, eorumq;  
successoribus pximis, sanctissimisq;  
patrū concilijs constitutū, & publico  
Christiani



Christiani orbis consensu tot sæculis  
retentum esset. Didicerat non hic,  
aut illic, & in angulis omnino Chris-  
tum quærendum esse, neq; vniuscus-  
iusq; esse, arbitrato suo verba & ins-  
tituta dei interpretari, sed ecclesiam,  
ecclesiam inquam, in qua certa esset ac  
perpetua, vt inquit vetustissimi sanc-  
tissimi & grauissimi doctores, Ire-  
næus, Cyprianus, & Augustinus, tot  
sæculis cõtinuata, sacerdotum et epi-  
scoporũ successio, columnã esse, quẽ  
admodum ait diuus Paulus, et firmam  
mentũ veritatis. In ea sola dari spiri-  
tum veritatis, qui vt author, ita in-  
terpres quoq; sit sacre scripturę: non  
dissensionis, verum pacis Deus. Quo  
quidẽ illis carere necesse esset, quibus  
inter ipsos non conueniret, & qui ne  
ipsi quidem singuli sibi constarẽt, sed  
omni vento doctrinę, quasi nebule  
turbine

turbine exagitatē, circumferrentur.  
Animaduertit etiā et illud pius prin-  
ceps, omnem nouorum istorum thes-  
ologorum rationem inuidia, cu-  
piditate, ambitione, & effreni quadā  
licentia inflammatam, ventri suo ser-  
uire, non Iesu Christo, quem dictis  
quidē et scriptis, ac manicis quoq; tu-  
nicarum iactarent, factis vero, vt ait  
idem Paulus, negarent: qui superba  
et vana loquentes, vt verbis diui Pe-  
tri utar, per concupiscentias inescarēt  
homines carnis voluptatibus, eos qui  
pusillū aufugerant, eos qui in errore  
versantur, dum ipsis libertatē polli-  
centur, ipsi serui corruptele. Intelliges-  
bat etiam, si qui fortē abusus in mor-  
res nostros vitamq; irreplissent, si te-  
mere in vnus cuiusuis, aut paueorum  
priuatorū arbitrio submouerētur, re-  
ligionem omnē sacrosanctā, cuiusuis

L libidine



libidine exagitata & labefactata, vacillaturam et in periculum venturam esse. Vel aliam quis proferat causam, curnam sanctissime, et ab ipso Christo Iesu institutę ceremonię, & religionis Christianę fundamēta, sacramenta inquam, & ipsa diuine nature cū humana in Christo indissolubilis copulatio, à Germanicis istis, quę admodum ipsi videri volunt, euangelij illustratoribus, impudenter & impie conuellantur. Nimirū nusquam consistit impia et gygantea hominū audacia, vbi semel frenos excussit, et quoduis in dubium reuocandi mutandique licentiam nacta est. Religione enim et reuerentia, & sacrosancta quadā atque inuiolabili persuasiōe religiones omnes continentur. Hęc igitur cum ita perspecta haberet religiosissimus rex, ad officium suū vel maxime pertineret  
re exit

re existimauit, vt religionē omnemq̄  
cultum diuinū, quemadmodū à ma-  
ioribus accepisset, in regno suo con-  
seruaret, sacerdotūq̄ incolumitatē ac  
dignitatē, quibus quasi canibus qui-  
busdam sagacibus incolumibus, neq̄  
grex Christi lacerari à lupis, neq̄ ab  
apris aut vulpeculis vinea vastari  
posset, tueretur. Eamq̄ ob rē Geda-  
nenses ciues in multitudinis temeri-  
tate quadā seductos, summa cura atq̄  
diligentia, cōtempo omni periculo,  
quod ipsi inde non obscure immine-  
bat, in viam, & ad pristinam religio-  
nē reduxit. Iā vero illa, quòdm oribū-  
sus sacra Christi mysteria ritu Chris-  
tiano expetiuit, & venerabundus ac-  
cepit, quòd se totū Deo religiosus ver-  
bis & suspirijs cōmendabat, quòd in  
eius clementia & misericordia fidu-  
ciam suam omnē collocabat, quę &

L ij isti



isti euidentissima, nisi fallor, vere pietatis indicia iudicant, nōne certa sunt pie & religiose exacte vite testimonia? Cū igitur tanta pietate, quanta genere illo inelyto, et educatione optima digna fuit, præditus fuerit Sigismūdu, nihil mirū, si iustus quoq; clemens, magnificus, & benignus: si temperās, moderatus, pudicus, et modestus: si fortis, cōstans, patiens, et excelso animo: si præteritorū memor, præsentium sagax indagator, futurorum acutus cōiector, & vtiliū publice priuatimq; diligens et sapiens promissor fuit: Non mirū, si in hac breuitate vite humane, magnisq; laboribus viuendo octogesimū secundum annū attigit: si viribus et valetudine plerunq; firma fuit: si sensuum ingeniq; vigorem ad extremū penè retinuit: Non mirū, si gratia & auctoritate

ritate apud suos pariter & externos,  
summos iuxta ac infimos valuit: si  
amplissimū regnum, elatis post patrē  
duobus fratribus, mature adeptus,  
bellis felix & victoriosus, pace multa  
beatus, vxoribus et liberis non infor-  
tunatus, ditionum aliquot accessio-  
nibus locupletior, tam bene, tā quies-  
te, tam feliciter, tantoq; bonorū om-  
nium fauore vno & quadraginta an-  
nis id administravit, & florentius  
multo, quā accepērat, non degener-  
ari, vti confidimus, filio reliquit. Non  
mirum deniq; si sempiternū optimi  
et fortunati principis, & patris pa-  
trię nomē atq; gloriam, nisi me vanū  
fallit augurium, apud longā posteri-  
tatē celebris inclytusq; rex retinebit:  
quippē qui superiores omnes prin-  
cipes & reges nostros nō modico in-  
teruallo post se reliquisset. Nam que

L. iij in fine



in singulis illis singula laudabilia fu-  
erunt, ea hic vnus omnia complexus  
est: Boleslai Chrobri, vt ab hoc po-  
tissimū ordiar, solertiam & magnifi-  
centiam: Cazimiri monachi pacis et  
instaurandę patrię, superiorū tempoz  
rum iniuria afflictę, studium: Wla-  
dislai eius filij mansuetudinem: Boles-  
lai Criuousti victorias: Crispi pro-  
uidentiam: Miecislai senis grauitatē:  
Cazimiri horum duorū fratris iustiz-  
ciam, Lesci Albi excelsum animū: Bo-  
leslai pudici religionē ac temperanti-  
am: Lesci nigri moderationē animi:  
Wladislai Loctici fortitudinem et in-  
tolerandis aduersis patientiam: Cazi-  
miri magni, in ornando & muniens-  
do regno studiū atq; diligentiam: Ia-  
gellonis aui, si non in propagādo, cer-  
te in amplificando cultu diuino, pie-  
tatē, laborem, & munificentia: Wla-  
dislai

dislai patruī magnanimitatem et cle-  
mentiā; Cazimiri patris facilitatē &  
offensarū perbreuem memoriā; De-  
niq; Ioannis Alberti fratris ad res  
magnas gerēdas, quanq̄ meliore for-  
tuna, alacritatē. Has inquam omnes  
omniū illorum virtutes solus Sigis-  
mundus non modo æquauit, sed su-  
perauit etiam, ita vt nulla cuiusq̄  
eloquētia, nedum infantia nostra, sa-  
tis digne & pro meritis eum laudare  
possit. Sed iam ipsū ex augusto il-  
lo Mausoleo, in quo heri reconditus  
est, nos, quibus præfuit, alloquentem  
audiamus. Quam iuste, quāq; mode-  
rate, vobis viri Poloni ( liceat enim  
mibi vos omnes, imperio coniūctos,  
vno nomīe appellare ) imperauerim,  
et quanta felicitate regnū hoc auxe-  
rim, ornauerim, & cumulauerim, vos  
ipsi probe nostis, aut si qui per ætatē  
intelligo



Intelligere & iudicare adhuc non pot  
uistis, è maioribus natu, bonis et gra  
uibus viris, discere potestis. Pro his  
meritis meis, iure meo illud à vobis  
postulo, vt si quid vnquã imprudens  
offendi, id vel humane imbecillitati  
vel ætati meę condonetis: quam vero  
mihi debetis gratiã, eam liberis meis  
dulcissimis, referatis, morte mea pu  
pillis. Filiũ hunc meum vnicũ, quem  
ipsi vobis regem, mihi successorẽ, me  
volente & postulãte, iam pridem des  
ignastis, eodem quo me, aut maiore  
etiã, si potestis, studio prosequamini,  
consilijs adiuuetis, consentientibus a  
nimis atq; viribus protegatis, ætati  
eius nonnihil etiam indulgeatis. Ne  
audiatis eos, qui dum suam rem agũt,  
vestrã agere videri volunt, & tamen  
aliud alibi præ se ferũt, vtrinq; vt gra  
tiam ineant, & opes potentiamq; su  
am augeãt.

am augeant & stabiliant. Cernitis  
qualia nūc sint tēpora, quousq; domi  
progressa sit multorū audacia, quan-  
ta huic regno & cōmuni patrię peri-  
cula à barbaris impendeant. Mature  
vobis prouidendū est, ne non modo  
imperium vestrū & respub. verum  
etiā libertas et vita vestra vestrorūq;  
in extremū discrimen veniat. Id vero  
ita demū recte prouidebitis, si subla-  
tis omnino quorūdam factionibus,  
dissidijs, & simultatibus mutuis, a-  
more & officio erga vos inuicem, er-  
ga regem vero vestrū studio & be-  
neuolentia certabitis. Sic enim fiet,  
mihi credite, vt qui nunc formidolosi  
nonnullis videmini, formidabiles vi-  
cinis vestris hostibusq; sitis. Ad te  
vero, fili charissime, hęc mea est ora-  
tio. Illo autē habitu illoq; vigore hęc  
tu Sigismunde Auguste patrem tecū

M loqui



loqui existimato, quo fuit, cū tibi huius  
regni habenas sceptrūq; traderet.  
Nihil est quod te vna cum matre,  
& sororibus tuis, puellis lectissimis,  
propter mortē meam tantopere ex-  
crucies. Mihi quidē ego meo tempo-  
re, annorum, vitę, glorięq; satur, non  
dico mortuus sum, sed ad beatiorē  
vitam regnumq; melius migraui. Vt  
autē vestro quoq; & horū omnium  
tempore id factū esse videatur, secun-  
dū Deum in te, fili, maxime situm est.  
Tibi mi fili deinceps & mater & so-  
rores, & vero respub. maxime cure  
esse debebunt. In te spes omnes om-  
nium, quas frustrari te æquū non est,  
site sunt. Nō nihil quidem nobis de-  
bet Polonia, quemadmodū audisti:  
sed nos illi multo plus. Quippē que  
nos sibi maioresq; nostros, posthas  
bitis quibusdā illustrioribus & elegā-  
tioribus

tioribus, atq; etiã potentioribus for-  
tasse, reges assumpsit, & summa fide,  
studio, obsequioq; coluit. Te, quẽad-  
modum ipse nosti, puerulũ etiamtũ,  
regio diademate insigniuit. Ad eius  
igitur salutẽ atq; dignitatẽ, vicissim  
te voluntatẽ tuam, studia, & conatus  
omnes adiungere inprimis æquum  
est. Id vero ita demum recte facies, si  
omnibus te æquabilẽ, familiarẽ vero  
non nisi grauissimis & sapiẽtissimis  
quibusq; præbebis: si nullius ius et in-  
nocentiam neq; gratia, neq; odio cui-  
usquam opprimi fines, & in iudicijs  
exercendis non cuius cognatus, neces-  
sarius, aut cliens quisq; sit, sed quã  
iustam causam habeat, attendes: si te-  
nuiores à vi & iniurijs potentiorum  
vindicabis: si honestatem voluptati,  
publica cõmoda tuis priuatis antepo-  
nes: si nulla in re leuior, aut præceps

M ñ eris,



eris, neq; de maioribus rebus absq;  
consilio senatus quicquam statues: cū  
iuuenibus vero & iuuenili ardore  
præditis consilia non temere cōmu-  
nicabis: si assentatoribus aures non  
accommodabis. Blandum enim est  
malum, sed pestilens in primis regnis  
atq; regibus, assentatio: si dissensiones  
ordinum, & similitates procerū inter  
ipsum auctoritate tua penitus extir-  
pabis: si deniq; pietatem atq; religio-  
nem sanctissimam sedulo & ex ani-  
mo coles, neq; ab institutis maiorū,  
et iam inde ab exoriente religione  
Christiana apud omnes gentes rece-  
pto, & ad nostra vsq; tempora trans-  
misso retētoq; cultu dei opt. maximi,  
venerandisq; ceremonijs atq; dog-  
matibus te cuiusquam vel insidios-  
sis blandicijs, assentationibus, & ille-  
cebris auocari, vel importunitate as-  
uelli sus


uelli sustinebis. Harum rerum om-  
nium exempla domestica habes, fas-  
tis, nisi fallor, illustria. Non ignoras  
fili, quo successu, qua felicitate, quan-  
taq; gloria nos tam diu regnauimus.  
Id nos totum Deo opt. max. quem  
sedulo riteq; coluimus, acceptum res-  
ferimus. Existimare autem debes,  
neq; regnum, neq; quicq; omnino san-  
ctum & inuiolabile esse posse, ubi  
religio labefactatur. His tibi vñs fili  
suauissime ad laudem, ad beneuolen-  
tiam hominum, ad salutem tranquil-  
litatemq; ditionum tuarum, deniq;  
ad decus et immortalitatem grassan-  
dum est. Hac certus est, et exploratus  
pñs principibus ad cœlum aditus.  
Hæc tecum Sigismunde Auguste pa-  
ter: Illa rex vester vobiscum viri  
Poloni. Reliquum est, vtriq; vt san-  
ctissimis et saluberrimis monitis eius

M iij obtem



obtemperetis, eiusq; præclara erga  
vos merita; assidua pietate & grata  
memoria semper prosequamini: om-  
nesq; pariter eum, vti debemus, vi-  
uorum & mortuorum Deo, apud  
quem nemo satis iustus et insons est,  
assiduis precibus commendemus.  
Vicissim ille in cælis, vti speramus,  
pro nobis orabit: & quorum saluti  
et incolumitati omni ratione, quoad  
vixit, consuluit, ijs ne nunc quidem,  
omni iam rerum terrenarum cura &  
modestia solutus, studium suum  
in placando Deo optimo  
maximo deesse pa-  
tictur.


Cracouię apud Viduam Hiero. viet.






XVI, 44









XVI WIEK

BROSZURY









